LUTHERANISMUS
CONSTANTER ERRANS
IN
PRIMIS FIDEI PRINCIPIIS.

Videlicet

In Repudiando Verbo DEI non ſcripto.

In Recipiendo & diſcernendo Verbo DEI ſcripto.

In Intelligendo Verbo DEI ſcripto.

Publicæ Diſputationi propoſitus

PRÆSIDE

P. VITO PICHLER

Soc. JESU, Theol. Polemicæ Profeſſore Ordinario.

A Nobili & Perdocto Domino

JOSEPHO ANTONIO NEUSINGER,

Lechhuſiano Bavaro, Theol. Polemicæ & Phil. Studioſo.

In Catholico & Celebri S. Salvatoris Lyceo Auguſtano

VIII. Auguſti M. DCCIX.

CUM FACULTATE SUPERIORUM.

AUGUSTÆ, Typis Joannis Michaëlis Labhart, Reverendiſſ. ac Sereniſſ. Principis & Epiſcopi Aug. Typogr.

Digitized by Google

Digitized by Google

LUTHERANISMUS
CONSTANTER ERRANS
IN
PRIMIS FIDEI PRINCIPIIS.
Videlicet

In Repudiando Verbo DEI non ſcripto.

In Recipiendo & diſcernendo Verbo DEI ſcripto.

In Intelligendo Verbo DEI ſcripto.

Publicæ Diſputationi propoſitus

PRÆSIDE

P. VITO PICHLER

Soc. JESU, Theol. Polemicæ Profeſſore Ordinario.

A Nobili & Perdocto Domino

JOSEPHO ANTONIO NEUSINGER, Lechhuſiano Bavaro, Theol. Polemicæ & Phil. Studioſo.

In Catholico & Celebri S. Salvatoris Lyceo Auguſtano

VIII. Auguſti M. DCCIX.

CUM FACULTATE SUPERIORUM.

AUGUSTÆ, Typis Joannis Michaëlis Labhart, Reverendiſſ. ac Sereniſſ. Principis & Epiſcopi Aug. Typogr.

Digitized by Google

Digitized by Google

LUTHERANISMUS
CONSTANTER ERRANS
IN
PRIMIS FIDEI PRINCIPIIS.
Videlicet

In Repudiando Verbo DEI non ſcripto.

In Recipiendo & diſcernendo Verbo DEI ſcripto.

In Intelligendo Verbo DEI ſcripto.

Publicæ Diſputationi propoſitus

PRÆSIDE

P. VITO PICHLER
Soc. JESU, Theol. Polemicæ
Profeſſore Ordinario.

A Nobili & Perdocto Domino

JOSEPHO ANTONIO NEUSINGER,
Lechhuſiano Bavaro, Theol. Polemicæ
& Phil. Studioſo.

In Catholico & Celebri S. Salvatoris Lyceo Auguſtano

VIII. Auguſti M. DCCIX.

CUM FACULTATE SUPERIORUM.

AUGUSTÆ, Typis Joannis Michaelis Labhart,
Reverendiſſ. ac Sereniſſ. Principis & Epiſcopi Aug. Typogr.

Digitized by Google

Digitized by Google

LUTHERANISMUS
CONSTANTER ERRANS
IN
PRIMIS FIDEI PRINCIPIIS.

Videlicet

In Repudiando Verbo DEI non ſcripto.

In Recipiendo & diſcernendo Verbo DEI ſcripto.

In Intelligendo Verbo DEI ſcripto.

Publicæ Diſputationi propoſitus

PRÆSIDE

P. VITO PICHLER

Soc. JESU, Theol. Polemicæ Profeſſore Ordinario.

A Nobili & Perdocto Domino

JOSEPHO ANTONIO NEUSINGER, Lechhuſiano Bavaro, Theol. Polemicæ & Phil. Studioſo.

In Catholico & Celebri S. Salvatoris Lyceo Auguſtano

VIII. Auguſti M. DCCIX.

CUM FACULTATE SUPERIORUM.

AUGUSTÆ, Typis Joannis Michaelis Labhart, Reverendiſſ. ac Sereniſſ. Principis & Epiſcopi Aug. Typogr.

Digitized by Google

Digitized by Google

LUTHERANISMUS CONSTANTER ERRANS IN PRIMIS FIDEI PRINCIPIIS.

Videlicet

In Repudiando Verbo DEI non ſcripto.

In Recipiendo & diſcernendo Verbo DEI ſcripto.

In Intelligendo Verbo DEI ſcripto.

Publicæ Diſputationi propoſitus

PRÆSIDE

P. VITO PICHLER

Soc. JESU, Theol. Polemicæ Profeſſore Ordinario.

A Nobili & Perdocto Domino

JOSEPHO ANTONIO NEUSINGER, Lechhuſiano Bavaro, Theol. Polemicæ & Phil. Studioſo.

In Catholico & Celebri S. Salvatoris Lyceo Auguſtano

VIII. Auguſti M. DCCIX.

CUM FACULTATE SUPERIORUM.

AUGUSTÆ, Typis Joannis Michaelis Labhart, Reverendiſſ. ac Sereniſſ. Principis & Epiſcopi Aug. Typogr.

Digitized by Google

Digitized by Google

PERILLUSTRI AC GENEROSO DOMINO, DOMINO FRANCISCO XAVERIO

Libero Baroni à Deyring, de & in Hohenthann, Bizenhofen, & Neuhaus, Domino in Stezlingen &c.

Domino ac Patrono ſuo Gratioſo.

P*Hyſicos reperire eſt, qui figuras, plantato Amygdali Nucleo fortè inſcriptas, apparere in fructibus velint: unde nonnemo iſtud longævæ gratitudinis Symbolum magna ingenij laude poſuit. Pinxerat manum, Amygdalum plantantem, & certa quædam Nucleo inſcribentem Nomina, cum hac epigraphe:* SERVABUNT NOMINA FOETUS. *Nolim ego pro hac vice de hujus rei veritate multùm diſceptare cum Phyſicis, ſed potiùs cum Ethicis ad genus Morum, quò ipſum etiam alludit Emblema, hanc ſententiam traduco, eámque non veram minùs quàm ingenioſam demonſtro per præſentes pagellas, quæ (ſive fructus ſive folia ſint) inſitum mihi à teneris* DEYRINGIANUM NOMEN *lætiſſima fronte exprimunt.*

om-

Digitized by Google

omnibúmque oculis palàm exhibent. Scilicet ego & fratres mei implantatum nobis à tenera ætate, profundéque cordibus noſtris infixum, Pretioſum hoc Nomen non ſolùm memori retinemus mente, ſed etiam grato reſonamus ore (ego inſuper huic libello præfixum publicè circumfero) tanquam fœtus minimè degeneres à Parente noſtro, qui illud filijs ſuis ab ineunte ætate ſedulò inſcripſit, & eodem quidem calamo, quem hujus Perilluſtris Familiæ per 25. jam annos conſecravit obſequijs, eâdémque curâ, qua illius adminiſtrat Prædia ac Dynaſtias. Quid mirum proinde, ſi Theſes meas hoc Nomine reddere Illuſtres voluerim? Nimirum SERVANT NOMINA FOETUS. *Cur verò* TIBI, *Perilluſtris Domine Baro, eas ſingulariter inſcriptas velim, in cauſa eſt tuus in me ſingulariter gratioſus favor & inſignis clementia, quam erga me prodis, ac fervens adhuc ab Academicis ſtudijs, quibus glorioſam nuper coronidem impoſuiſti, Litterarum amor, ac Jurium præſertim (quorum Auctorem in ijs, quæ ad Forum Sacrum pertinent, Romanum videlicet Pontificem mihi propugnandum ſelegi) inſignis peritia. Sub Tuis itaque Auſpicijs lætus in arenam litterariam prodeo, & Te Duce Victoriam ſpero certiſſimam. Benigni Superi diutiſſimè Te ſervent incolumem, omníque felicitate cumulatum; nec non tuis propitio ſemper annutu velificentur votis.*

Perilluſtris ac Generoſæ
Dominationis Tuæ

Servus & Cliens Infimus

JOSEPHUS ANTONIUS NEUSINGER.

Digitized by Google

LUTHERANISMUS
Semper errans in primis Fidei principiis.

PEr prima Fidei principia intelligo certiſſima illa & inconcuſſa fundamenta, quibus omnis Divinæ fidei aſſenſus neceſſariò & ultimatò innititur, ſine quibus impoſſibile eſt ullum fidei Divinæ actum elicere, ex motivo ſuo formali certiſſimum. Hæc principia nihil aliud ſunt niſi geminum Dei Verbum, *ſcriptum*, & *non ſcriptum.* In utroque graviſſimè errant Lutherani, ac proinde *in primis principiis fidei.* Quod ut palàm fiat, per tres Articulos tria oſtendam. 1. Lutheranos evidenter errare *repudiando* Verbum DEI non ſcriptum. 2. Graviſſimè errare *acceptando* Verbum Dei ſcriptum. 3. Neceſſariò errare *explicando* idem Verbum Dei ſcriptum. 1.

ARTICULUS I.

Lutherani evidenter errant repudiando Verbum DEI non ſcriptum, ſeu Traditiones.

SUMMARIUM.

1. *Quæ ſint prima fidei principia?*
2. *Verbum Dei non ſcriptum, ſeu Traditio, quid ſit?*

 3. *Quid*

Digitized by Google

3. *Quid Traditio Divina, Apoſtolica, & Eccleſiaſtica?*
4. *Quandonam aliqua Traditio cenſenda ſit Divina, vel Apoſtolica, vel Eccleſiaſtica?*
5. *Quid ſint Traditiones Doctrinales & Morales?*
6. *In veteri Teſtamento aliæ erant Moſaicæ, & aliæ Phariſaicæ. Enumerantur præcipuæ.*
7. *Status quæſtionis, & prima aſſertio, qua ſtatuitur, neceſſariò admittendas eſſe Traditiones.*
8. *Quia ſine Traditione non conſtat infallibiliter de Verbo Dei ſcripto, ejus integritate, & ſenſu.*
9. *Et quia ipſimet Lutherani plurima credunt & neceſſariò credenda putant: item*
10. *Obſervant in moribus tanquam neceſſariò obſervanda; quæ tamen in Scriptura S. clarè & particulatim non ſunt expreſſa.*
11. *Pro exemplo ponitur Myſterium SS. Trinitatis.*
12. *Quod Lutherani ex Scriptura ſola non ſufficienter probare poſſunt.*
13. *Traditiones firmantur exemplo* Legis Naturæ, & Scriptæ.
14. *Ex Scriptura utriusque Teſtamenti.*
15. *Ex SS. Patribus Latinis & Græcis.*
16. *Et ex Concilijs Generalibus.*
17. *Ut Traditiones ſint Verbum Dei & regula fidei quoad nos, debet accedere declaratio Eccleſiæ vel expreſſa vel tacita.*
18. *Falſum eſt*, nihil eſſe credendum, vel facien-

Digitized by Google

ciendum ex obligatione, niſi ſit in S. Scriptura expreſſum.

19. 20. *Quod ſolidè probatur.*

21. *Pariter falſum eſt*, nihil credendum, aut faciendum, niſi vel in Scriptura S. expreſſum ſit, vel indè per legitimam conſequentiam deductum.

22. 23. *Quod efficaciter oſtenditur.*

24. 25. *Falſum eſt, Traditiones eſſe verbum hominum.*

26. *Item falſum eſt, omnia vel explicitè vel implicitè contineri in Scripturis Divinis:*

27. *Vel decuiſſe Deum, ut omnia revelaret nobis per Scripturas ſolas:*

28. *Et omnia, quæ à Chriſto & Apoſtolis prædicata ſunt, poſtea ab iiſdem eſſe ſcripto nobis communicata.*

29. *Traditiones an credantur propter ſe vel propter aliud? & propter quid?*

30. *Sunt infallibiles, quia ſunt vox Eccleſiæ?*

31. *Deus ſpecialem earum curam gerit.*

32. 33. 34. 35. 36. *Non pugnant cum Scriptura ſacra.*

37. 38. *Neque cum doctrina Patrum. Circa quos ſex puncta valde notanda ſunt.*

39. *Ineptè admittitur una Traditio, & reſpuitur alia, quæ tamen æquè proponitur ab Eccleſia.*

40. 41. *Et qui vel unam admittunt, jam deſerunt unum ex primis principijs Lutheranorum.*

SCiendum 1. Per Verbum Dei non ſcriptum 2.
intelligi Traditiones Divinas & Apoſtoli-

Digitized by Google

3. *Quid Traditio Divina, Apoſtolica, & Eccleſiaſtica?*
4. *Quandonam aliqua Traditio cenſenda ſit Divina, vel Apoſtolica, vel Eccleſiaſtica?*
5. *Quid ſint Traditiones Doctrinales & Morales?*
6. *In veteri Teſtamento aliæ erant Moſaicæ, & aliæ Phariſaicæ. Enumerantur præcipuæ.*
7. *Status quæſtionis, & prima aſſertio, qua ſtatuitur, neceſſariò admittendas eſſe Traditiones.*
8. *Quia ſine Traditione non conſtat infallibiliter de Verbo Dei ſcripto, ejus integritate, & ſenſu.*
9. *Et quia ipſimet Lutherani plurima credunt & neceſſariò credenda putant: item*
10. *Obſervant in moribus tanquam neceſſariò obſervanda; quæ tamen in Scriptura S. clarè & particulatim non ſunt expreſſa.*
11. *Pro exemplo ponitur Myſterium SS. Trinitatis.*
12. *Quod Lutherani ex Scriptura ſola non ſufficienter probare poſſunt.*
13. *Traditiones firmantur exemplo* Legis Naturæ, & Scriptæ.
14. *Ex Scriptura utriuſque Teſtamenti.*
15. *Ex SS. Patribus Latinis & Græcis.*
16. *Et ex Concilijs Generalibus.*
17. *Ut Traditiones ſint Verbum Dei & regula fidei quoad nos, debet accedere declaratio Eccleſiæ vel expreſſa vel tacita.*
18. *Falſum eſt*, nihil eſſe credendum, vel facien-

Digitized by Google

ciendum ex obligatione, niſi ſit in S. Scriptura expreſſum.

19. 20. *Quod ſolidè probatur.*

21. *Pariter falſum eſt*, nihil credendum, aut faciendum, niſi vel in Scriptura S. expreſſum ſit, vel indè per legitimam conſequentiam deductum.

22. 23. *Quod efficaciter oſtenditur.*

24. 25. *Falſum eſt, Traditiones eſſe verbum hominum.*

26. *Item falſum eſt, omnia vel explicitè vel implicitè contineri in Scripturis Divinis:*

27. *Vel decuiſſe Deum, ut omnia revelaret nobis per Scripturas ſolas:*

28. *Et omnia, quæ à Chriſto & Apoſtolis prædicata ſunt, poſtea ab iiſdem eſſe ſcripto nobis communicata.*

29. *Traditiones an credantur propter ſe vel propter aliud? & propter quid?*

30. *Sunt infallibiles, quia ſunt vox Eccleſiæ?*

31. *Deus ſpecialem earum curam gerit.*

32. 33. 34. 35. 36. *Non pugnant cum Scriptura ſacra.*

37. 38. *Neque cum doctrina Patrum. Circa quos ſex puncta valde notanda ſunt.*

39. *Ineptè admittitur una Traditio, & reſpuitur alia, quæ tamen æquè proponitur ab Eccleſia.*

40. 41. *Et qui vel unam admittunt, jam deſerunt unum ex primis principijs Lutheranorum.*

SCiendum 1. Per Verbum Dei non ſcriptum 2.
intelligi Traditiones Divinas & Apoſtoli-

 cas,

cas, quas Eccleſia cuſtodit, & fidelibus declarat. Ut adeò *Traditio* (ſcilicet Doctrinalis & ad fidem pertinens) nihil aliud ſit, quàm Verbum Dei non ſcriptum, ſicut *Scriptura S.* nihil eſt aliud quàm Verbum Dei ſcriptum. Appellatur autem *Traditio* ideo, quia ejusmodi Doctrina non ſcripta ab uno *traditur* alteri quaſi per manus, & de aure in aurem tranſit per continuam narrationem & famam communem. Cæterùm ad traditionem non requiritur, ut ſit doctrina, nullibi ſcripta; quia quas Eccleſia traditiones fidelibus credendas & obſervandas proponit, pleræque reperiuntur ſcriptæ in veterum Patrum aliiſque Eccleſiaſticis libris: ſed ſolùm requiritur, ut non ſit ſcripta à primis Auctoribus SS. Litterarum, ſcilicet Prophetis & Apoſtolis; per quod unicè differt & opponitur Verbo Dei ſcripto. Sermo autem potiſſimùm hìc nobis erit de Traditionibus Divinis & Apoſtolicis, atque de Doctrinalibus, uti inſinuavimus. Unde

3. Sciendum 2. Traditiones *ab Auctore* alias dici Divinas, alias Apoſtolicas, & alias demum Eccleſiaſticas. *Divinæ* ſunt, quæ ab ipſo Deo vel Chriſto proveniunt: quales ſunt, quas habemus de materia & forma Sacramentorum, quæ in SS. Litteris non ſemper ſunt expreſſæ, inſtitui tamen à nemine niſi à ſolo Deo aut Chriſto poſſunt. *Apoſtolicæ* ſunt, quæ proveniunt ab Apoſtolis, non tamen ſine Aſſiſtentia Spiritûs S. eos dirigentis, prout ab eodem Spiritu

Digitized by Google

ritu S. dirigebantur in conſcribendis SS. Litteris, ne errarent, & totam Eccleſiam deciperent: quales ſunt jejunium Quadrageſimale, jejunium quatuor temporum &c. Hæ traditiones Divinæ & Apoſtolicæ à multis confunduntur, ſicut etiam Scriptura S. nunc Divina, nunc Apoſtolica appellatur; licèt ſtrictè loquendo differant, ut colligitur ex 1. Cor. 11. ubi D. Paulus eas ita diſtinguit: *præcipio non ego, ſed Dominus.* Et poſtea: *Dico ego, non Dominus.* Præterea tam Divinæ quàm Apoſtolicæ traditiones vocantur nonnunquam etiam Eccleſiaſticæ, non quòd ab Eccleſia ortæ ſint, ſed quòd ab Eccleſia conſerventur, cuſtodiantur illæſæ, & per Eccleſiam nobis infallibiliter innoteſcant. Propriè enim *Eccleſiaſticæ* traditiones nihil aliud ſunt, quàm conſuetudines quædam & ritus antiqui ab Eccleſia introducti, ſcilicet vel à Prælatis, vel à Populo conſentientibus Prælatis, vel ab utrisque ſimul, & paulatim tacito eorum conſenſu vim Legis obtinuerunt: quales ſunt Jejunium Sabbathinum, Recitatio Breviarij &c. Has traditiones Eccleſiaſticas, inter quas numerat omnia Eccleſiæ præcepta, identidem arrodit Auguſtana Confeſsio, & præcepta, traditiones, & obſervationes *Humanas* vocat, eásque tanquam libertati Evangelicæ contrarias culpat. Easdem quoque omnes Lutherani ac Calviniſtæ utpote carni inimicas averſantur. Verùm de his hìc non eſt differendi locus, ſed ſolùm, vel ſaltem præcipuè, de iis, quæ ad fi-

Digitized by Google

dem pertinent tanquam revelatio Divina, docens, quæ credenda ſint, & facienda ex præcepto Divino; non de ijs, quæ ad mores ex Eccleſiæ præſcripto formandos ſpectant.

4. Sciendum 3. Ut conſtet, an aliqua traditio ſit Divina, vel Apoſtolica, vel Eccleſiaſtica, ſequentes regulas eſſe obſervandas. 1. Quando Eccleſia univerſa aliquid *recipit ut dogma fidei*, vel credit ab Apoſtolis ad nos uſque perveniſſe, cenſeri debet traditio Divina vel Apoſtolica. Ratio eſt; quia Eccleſia eſt columna & firmamentum Veritatis, adeóque quod credit eſſe de fide, licèt in Scripturis expreſſum non ſit, illud neceſſariò eſt de fide: atqui nihil poteſt credere tanquam de fide certum, niſi revelatum à Deo vel ab Apoſtolis & Prophetis: ergo. Talis traditio eſt, ſymbolum fidei eſſe Apoſtolicum, ſeptem eſſe Sacramenta &c. 2. Quando Eccleſia aliquid *facit & obſervat*, quod nemo conſtituere potuit niſi ſolus Deus, nec tamen in SS. Litteris determinatè eſt expreſſum, cenſeri debet traditio Divina per Apoſtolos ad nos delata: talis eſt praxis baptizandi parvulos, praxis adhibendi hanc materiam & formam in Sacramentis &c. 3. Quando Eccleſia aliquid *facit & obſervat* ab omnibus retro temporibus, ita ut initium talis praxeos non ſciatur, licèt abſolutè inſtitui potuiſſet ab Eccleſia, tamen cenſenda eſt traditio Apoſtolica: talis eſt Jejunium Quadrageſimale, & Ordines Minores &c. 4. Quando conſtat, aliquid primùm poſt tempora

Apo-

Digitized by Google

Apoſtolorum, vel à Concilijs, vel à Prælatis, vel his conſentientibus à populo eſſe introductum, eſt traditio Eccleſiaſtica, quæ poteſt eſſe duplex, *Neceſſaria,* quæ ſcilicet traditur per modum præcepti obligantis, uti certa feſta, celebratio Paſchæ die Dominico poſt decimam quartam Lunam Martij; & *Libera*, quæ traditur per modum conſilij ſine ulla obligatione, uti eſt aſperſio aquæ luſtralis &c. Ex quibus patet, tam Calvinum quàm Melanchtonem mentiri: quorum prior ait, apud nos Catholicos non eſſe ceremoniolam, quam non habemus pro traditione Apoſtolica: alter verò calumniatur, nos Catholicos niti unicè traditionibus *merè Humanis*; quippe nec Divinæ, nec Apoſtolicæ, nec Eccleſiaſticæ, in quas dividimus traditiones, *merè Humanæ* ſunt, ſed majoris, imò Divinæ auctoritatis, utpote à Deo vel Chriſto, ab Apoſtolis, & ab Eccleſia (quam infallibiliter regit Spiritus S.) profectæ.

Sciendum 4. Traditiones ulteriùs *à ma-* 5.
teria dividi in *Doctrinales* & *Morales*, ſive in eas, quæ ad fidem & ad dogmata credenda: atque in alias, quæ ad mores & ad actiones faciendas pertinent. Doctrinales ſunt v. g. quòd tantùm ſint quatuor Evangelia, quòd B V. MARIA etiam poſt partum permanſerit Virgo &c. Morales v. g. quòd ſignum crucis formandum ſit in fronte, quòd certis diebus jejunia & feſta ſint celebranda.

6. Sciendum 5. Etiam in veteri Teſtamento fuiſſe Traditiones, eáſque duplices, nempe Moſaicas & Phariſaicas. *Moſaicæ* erant laudabiles & ad ſalutem neceſſariæ, ſed præcipuè tantùm tres. 1. Quòd eſſent libri verè Divini, qui in Canone Judæorum continebantur. 2. Quòd fæmellæ haberent aliquod remedium determinatum (quod nobis non conſtat, utpote in SS. Litteris non expreſſum) contra peccatum Originale. 3. Quòd cruenta ipſorum Sacrificia ſignificaverint mortem Chriſti; credebant enim, hæc Sacrificia eſſe inſtituta pro expiatione peccatorum: atqui credere non poterant, hæc Sacrificia expiare peccata ex ſe & propria virtute: ergo ex virtute aliena, ſcilicet illius, cujus mortem & paſſionem ſignificabant hæc Sacrificia. Non tamen neceſſe erat, ut ſinguli Judæi, etiam rudes *explicitè* crederent, per hæc Sacrificia præfigurari futuram Chriſti mortem: ſed ſatìs erat, ſi crederent Sacerdotes & Doctores, qui tamen id aliunde non noverant, niſi ex Traditione. *Phariſaicæ*, ſeu traditiones Phariſæorum erant variæ, nimirum 1. Quòd ante ſumptionem ſibi eſſent lavandæ manus. 2. Quòd etiam inter comedendum illa lotio ſæpius eſſet repetenda. 3. Quòd cum peccatoribus non eſſet ſumendus cibus. 4. Quòd in Sabbatho non liceret ægros ſanare. 5. Quòd famelici non poſſent vellere & comedere ſpicas in Sabbatho. 6. Quòd omnium rerum etiam minimarum decimæ eſſent offerendæ DEO.

7. Quòd

Digitized by Google

7. Quòd filij non tenerentur parentes ſuos honorare aut illis benefacere, ſed quòd ejus loco ſufficeret aliquod munus offerre Deo. Hæ & ſimiles traditiones Phariſæorum referuntur in Evangelijs, propter quas (licèt non omnes ex genere ſuo fuerint malæ) à Chriſto jure reprehenſi ſunt ex duplici potiſſimùm capite. 1. Quia Phariſæi ex earum obſervatione quærebant vanam gloriam & opinionem Sanctitatis apud homines. 2. Quia minutiora obſervabant ſcrupuloſè, interim negligentes majora, juxta illud Matth. 23. v. 24. *Excolantes culicem, camelum autem deglutientes.*

Sciendum 6. Neque à Lutheranis, aut ullo alio ſanæ mentis negari poſſe, Traditiones Divinas, Apoſtolicas, & à Spiritu S. dictatas (ſuppoſito, quòd tales præter Scripturam S. dentur, ac de iis infallibiliter conſtet) ejusdem eſſe auctoritatis, cujus ſunt SS. Litteræ, eſſe regulam credendorum, & fundare aſſenſum fidei firmiſſimum. Ratio eſt evidens; quia Verbum Dei manet Verbum Dei & infallibile, ſive ſcriptum ſit, ſive non, nec indè acquirit auctoritatem, quia ſcribitur in membranis vel Charta (quod ipſi prorſus eſt per accidens) ſed ex eo, quòd ſit Verbum à Deo prolatum ad nobis loquendum, quibuscunque modis aut ſignis id fiat: utique enim non minùs infallibile fuit illud teſtimonium, quo Deus in monte Thabor teſtatus eſt ſenſibili voce Divinitatem Chriſti, quàm dum Moyſi Legem dedit lapideis inciſam ta- 7.

Digitized by Google

eſſet fides Divina, ſed merè humana. Antec. prob. Lutherani credunt, & neceſſariò credendum putant 1. Tres eſſe Perſonas in Deitate contra Sabellianos. 2. Divinitatem Chriſti contra Arianos. 3. Proceſſionem Spiritûs S. à Patre & Filio, ejúsque Divinitatem contra Macedonianos. 4 Unam Perſonam in Chriſto contra Neſtorianos. 5. Duas Naturas in Chriſto, Divinam & humanam, ſine transfuſione contra Eutychianos. 6. Perpetuam Virginitatem B. V. etiam poſt partum contra Helvidium &c. Ergo ipsímet Lutherani multa credunt, & neceſſariò credenda judicant, tanquam ad fidem pertinentia, quæ tamen in Verbo Dei ſcripto, ſeu Scriptura S. non clarè, diſtinctè, & particulatim ſunt expreſſa: ergo neceſſariò admittere debent aliquas traditiones ad fidem pertinentes, ab Eccleſia cuſtoditas, & nobis propoſitas, tanquam Dei Verbum non ſcriptum: ergo debent admittere ſaltem traditiones *Doctrinales.*

10. Sed & admittere debent traditiones *Morales*, ſeu verſantes circa materiam morum, & circa actiones faciendas vel omittendas. Quod probatur. Ipsímet Lutherani aliqua faciunt & obſervant, atque neceſſariò obſervanda judicant, quæ tamen in SS. Litteris, ſeu in Verbo Dei ſcripto non clarè, determinatè, & particulatim ſunt præcepta. Sic judicant 1. contra Anabaptiſtas, baptismum etiam parvulis eſſe conferendum, tanquam neceſſarium ad ſalutem.

2. Eun-

2. Eundem non eſſe reperendum. 3. Contra Romano-Catholicos, à Chriſto præceptam eſſe Communionem ſub utraque ſpecie. 4. Contra antiquos, Eucharistiam non eſſe dandam parvulis. 5. Contra Quartadecimanos, celebrandum eſſe Paſcha die Dominica. 6. Contra primos Chriſtianos licere comedere de animalibus ſuffocatis & farcimina ex ſanguine, quod tamenexpreſsè prohibebant Apoſtoli act. 15. 7. Contra Judæos non diem Sabbathi, ſed diem Dominicam eſſe celebrandam feſtivè. 8. Formam Sacramentorum debere pronuntiari oretenus, nec ſufficere, ſi quis baptizaret nihil pronuntians, ſed ſolùm in mente cogitans: *in nomine Patris &c.* Hæc & ſimilia plura in Verbo Dei ſcripto diſtinctè & particulatim non habentur, imò ſubinde videtur contrarium præcipi, uti de Communione parvulornm, de obſervatione Sabbathi &c. & tamen ea neceſſariò facienda & obſervanda credunt ipsímet Lutherani: ergo admittere debent traditiones etiam morales. Si autem aliquando admittunt aliquas traditiones, quas proponit Eccleſia, eáſque vel fide tenendas, vel praxi neceſſariò obſervandas tanquam Verbum & præceptum Divinum, per Eccleſiam nobis ſufficienter propoſitum, non eſt ampliùs ratio, cur non omnes admittant, quia eadem Eccleſia proponit, & teſtatur de illis; cur enim infallibilis ſit circa aliquas, & non circa omnes? Et ex hoc etiam deducitur facilè, obligatorias etiam eſſe traditio-

nes

Digitized by Google

Luth. Quidquid ſit de hoc, alium tibi textum propono ex Iſa. c. 6. v. 3. ubi dicitur: *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Exercituum*, quid aliud indicat hæc vox ter repetita, niſi tres Sanctiſſimas Perſonas in SS. Trinitate?

Sabell. Minimè gentium, ſed ſolùm indicatur eximia unius Perſonæ Divinæ Sanctitas: ſicut Sponſus cœleſtis in Canticis c. 1. v. 15. non duplicem in ſua Sponſa perſonam indicare voluit, ſed ſolùm ejus eximiam pulchritudinem, quando voce *pulchra* bis repetitâ dixit: *Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es.* Nôrunt Rhetores, quid ſignificet adjectivum eidem ſubſtantivo bis vel etiam ter applicatum.

Luth. Sed quid hæreo in veteri Teſtamento; cùm in Novo longè clariùs exprimatur hoc SS. Trinitatis Myſterium? Deinceps ictus meos non tam facilè & callidè ſubterfugies. Agedum Sabelliane! an non S. Joannes Evangelium ſuum ita auſpicatur: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum?* Ecce τὸ *apud* indicat diſtinctionem inter Patrem & Verbum; quod enim eſt apud alterum, non eſt ipſum alterum: ergo clarum eſt in Deo dari diſtinctionem Perſonarum.

Sabell. Ne triumphes ante victoriam. Facilem & multiplicem hæc argumentatio habet ſolutionem; nam imprimis τὸ *apud* non ſemper indicat diſtinctionem realem, ſed ſæpe diſtinctionem rationis tantùm, & ſecundùm noſtrum

ſtrum concipiendi modum ob diverſas, quas in Deo deprehendimus, functiones & operationes. Si τὸ *apud* ſignificaret ſemper diſtinctionem realem, uti tu vis, in Deo non ſolùm tres Perſonas, Patrem, Filium, & Spiritum S. ſed omnino quinque admittere deberes; quia Jobi 12. v. 13. dicitur: *Apud ipſum eſt fortitudo & ſapientia*, conſequenter etiam Fortitudo & Sapientia eſſent Perſonæ realiter diſtinctæ; imò tot forent, quot in Deo numerantur Attributa, ſeu Perfectiones. Deinde quomodo ex hoc textu probas Spiritum S.? Quomodo probas, Verbum eſſe ab æterno (quod tamen eſt de eſſentia Dei) cùm dicatur fuiſſe *in principio?* Quomodo probas per Verbum intelligi Filium, Perſonam realiter diſtinctam à Patre?

Luth. Credo te vel apud diabolum vel apud Jeſuitas fuiſſe diſcipulum, Sabelliane, cùm ita ſophiſticè eludere nôris argumenta. Sed heus! quid dicis ad hunc textum S. Joannis clariſſimum: *Tres ſunt, qui teſtimonium dant in cœlo: Pater, Verbum, & Spiritus S. & hi tres unum ſunt.* 1. Jo. 5. v. 7. Quid valet, hìc obmuteſces? Et aperta veritas omnem elabendi viam intercludet.

Sabell. Io triumphe! victus es, miſer Lutherane, & ad incytas redactus; cùm incipias ex aliena jam pharetra mutuas accipere ſagittas. Hoc telum non ex tuis eſt Biblijs: ergo vel juxta te hebes & innoxium; nam ex ſola Scriptura S. voluiſti me convincere, & modò

Digitized by Google

PERILLUSTRI
AC
GENEROSO
DOMINO, DOMINO
FRANCISCO XAVERIO
Libero Baroni à Deyring, de & in Hohenthann, Bizenhofen, & Neuhaus, Domino in Stezlingen &c.

Domino ac Patrono ſuo Gratioſo.

PHyſicos reperire eſt, qui figuras, plantato Amygdali Nucleo fortè inſcriptas, apparere in fructibus velint: unde nonnemo iſtud longævæ gratitudinis Symbolum magna ingenij laude poſuit. Pinxerat manum, Amygdalum plantantem, & certa quædam Nucleo inſcribentem Nomina, cum hac epigraphe: SERVABUNT NOMINA FOETUS. Nolim ego pro hac vice de hujus rei veritate multùm diſceptare cum Phyſicis, ſed potiùs cum Ethicis ad genus Morum, quò ipſum etiam alludit Emblema, hanc ſententiam traduco, eámque non veram minùs quàm ingenioſam demonſtro per præſentes pagellas, quæ (ſive fructus ſive folia ſint) inſitum mihi à teneris DEYRINGIANUM NOMEN lætiſſima fronte exprimunt.

om-

Digitized by Google

omnibúmque oculis palàm exhibent. Scilicet ego & fratres mei implantatum nobis à tenera ætate, profundéque cordibus noſtris infixum, Pretioſum hoc Nomen non ſolùm memori retinemus mente, ſed etiam grato reſonamus ore (ego inſuper huic libello præfixum publicè circumfero) tanquam fœtus minimè degeneres à Parente noſtro, qui illud filijs ſuis ab ineunte ætate ſedulò inſcripſit, & eodem quidem calamo, quem hujus Perilluſtris Familiæ per 25. jam annos conſecravit obſequijs, eâdémque curâ, qua illius adminiſtrat Prædia ac Dynaſtias. Quid mirum proinde, ſi Theſes meas hoc Nomine reddere Illuſtres voluerim? Nimirum SERVANT NOMINA FOETUS. *Cur verò* TIBI, *Perilluſtris Domine Baro, eas ſingulariter inſcriptas velim, in cauſa eſt tuus in me ſingulariter gratioſus favor & inſignis clementia, quam erga me prodis, ac fervens adhuc ab Academicis ſtudijs, quibus glorioſam nuper coronidem impoſuiſti, Litterarum amor, ac Jurium præſertim (quorum Auctorem in ijs, quæ ad Forum Sacrum pertinent, Romanum videlicet Pontificem mihi propugnandum ſelegi) inſignis peritia. Sub Tuis itaque Auſpicijs lætus in arenam litterariam prodeo, & Te Duce Victoriam ſpero certiſſimam. Benigni Superi diutiſſimè Te ſervent incolumem, omniqúe felicitate cumulatum; nec non tuis propitio ſemper annutu veliſicentur votis.*

Perilluſtris ac Generoſæ
Dominationis Tuæ

Servus & Cliens Infimus

JOSEPHUS ANTONIUS NEUSINGER.

Digitized by Google

LUTHERANISMUS
Semper errans in primis Fidei principiis.

PEr prima Fidei principia intelligo certiſſima illa & inconcuſſa fundamenta, quibus omnis Divinæ fidei aſſenſus neceſſariò & ultimatò innititur, ſine quibus impoſſibile eſt ullum fidei Divinæ actum elicere, ex motivo ſuo formali certiſſimum. Hæc principia nihil aliud ſunt niſi geminum Dei Verbum, *ſcriptum*, & *non ſcriptum*. In utroque graviſſimè errant Lutherani, ac proinde *in primis principiis fidei*. Quod ut palàm fiat, per tres Articulos tria oſtendam. 1. Lutheranos evidenter errare *repudiando* Verbum DEI non ſcriptum. 2. Graviſſimè errare *acceptando* Verbum Dei ſcriptum. 3. Neceſſariò errare *explicando* idem Verbum Dei ſcriptum. 1.

ARTICULUS I.

Lutherani evidenter errant repudiando Verbum DEI non ſcriptum, ſeu Traditiones.

SUMMARIUM.

1. *Quæ ſint prima fidei principia?*
2. *Verbum Dei non ſcriptum, ſeu Traditio, quid ſit?*

 3. *Quid*

Digitized by Google

bulis. Quæſtio igitur in eo verſatur, an defacto præter Verbum Dei ſcriptum etiam detur aliud non ſcriptum, atque de eo ita conſtet, ut poſſit quoque fundare aſſenſum fidei firmiſſimum? Lutherani negant cum Eutychete, Dioſcoro, Neſtorio antiquis hæreticis, imò cum Eunomianis, Pelagianis, Manichæis, Donatiſtis &c. De quibus Baſilius M. & Baſilius Ancyranus, Auguſtinus, & alij Patres teſtantur, quòd rejectis traditionibus fuerint ſolâ Scripturâ contenti. Nos Catholici affirmamus, & eos errare, ſimiléſque eſſe ijs, qui uno pede ambulare, vel unâ alâ per aëra conarentur volare, evidenter demonſtramus ad hominem. Itaque

Dico 1. Defacto datur Verbum Dei non ſcriptum, ſeu (quod idem eſt) certò, & neceſſariò admittenda eſt Traditio, eandem habens auctoritatem cum Verbo Dei ſcripto. Ac proinde errant, qui repudiant Verbum Dei non ſcriptum.

8. Probatur 1. Non poteſt certò & infallibiliter conſtare ſine traditione per Eccleſiam nobis intimata 1. Quòd detur aliquod Verbum Dei ſcriptum. 2. Quinam libri ſint Verbum Dei ſcriptum. 3. Quæ ſit legitima verſio librorum, in quibus continetur Verbum Dei ſcriptum. 4. An hi libri ſint incorrupti, nec vitiati vel malitiâ vel ignorantiâ hominum (ut in art. ſequente demonſtrabitur) 5. Quomodo libri ſacri, ſeu Verbum Dei ſcriptum ſit intelli-

telligendum, & quis legitimus illius ſenſus (ut art. 3. palàm fiet) ergo Traditio & Verbum Dei non ſcriptum neceſſariò admittendum eſt ab omuibus, qui admittunt Verbum Dei ſcriptum. Hæc autem traditio debet nobis certò & infallibiliter conſtare eo ipſo, quòd aliàs de 5. enumeratis punctis conſtare infallibiliter non poſſet. Sed unde nobis infallibiliter innoteſcit hæc traditio? Certè non aliunde, niſi per auctoritatem Eccleſiæ, quæ directa à Spiritu S. teſtatur, aliquos libros eſſe Deo dictante conſcriptos, eósque eſſe incorruptos ſaltem quoad res fidei, hoc & non alio modo intelligendos &c. In quo teſtimonio ſi Eccleſia non foret infallibilis, nullus fidei Divinæ aſſenſus, ex motivo ſuo formali certiſſimus, elici poſſet, qualis tamen omnis actus fidei juxta omnes eſſe debet; aliàs enim non foret fides Divina, Deo nobis loquenti glorioſa, & prœmio æternæ beatitudinis digna. Datur itaque neceſſariò Verbum Dei non ſcriptum, atque de eo certò ac infallibiliter conſtat.

Probatur 2. Ipſímet Lutherani plurima credunt, & neceſſariò credenda judicant, quæ tamen in verbo Dei ſcripto, ſeu in Scriptura S. non ſunt clarè, particulatim, & diſtinctè expreſſa: ergo neceſſariò admittendum eſt verbum Dei non ſcriptum; quidquid enim creditur, credi debet propter veracitatem Dei nobis loquentis, ſeu propter aliquod Verbum Dei, nobis ſufficienter propoſitum; aliàs enim non 9.

eſſet

Digitized by Google

eſſet fides Divina, ſed merè humana. Antec. prob. Lutherani credunt, & neceſſariò credendum putant 1. Tres eſſe Perſonas in Deitate contra Sabellianos. 2. Divinitatem Chriſti contra Arianos. 3. Proceſſionem Spiritûs S. à Patre & Filio, ejúsque Divinitatem contra Macedonianos. 4 Unam Perſonam in Chriſto contra Neſtorianos. 5. Duas Naturas in Chriſto, Divinam & humanam, ſine transfuſione contra Eutychianos. 6. Perpetuam Virginitatem B. V. etiam poſt partum contra Helvidium &c. Ergo ipsímet Lutherani multa credunt, & neceſſariò credenda judicant, tanquam ad fidem pertinentia, quæ tamen in Verbo Dei ſcripto, ſeu Scriptura S. non clarè, diſtinctè, & particulatim ſunt expreſſa: ergo neceſſariò admittere debent aliquas traditiones ad fidem pertinentes, ab Eccleſia cuſtoditas, & nobis propoſitas, tanquam Dei Verbum non ſcriptum: ergo debent admittere ſaltem traditiones *Doctrinales.*

10. Sed & admittere debent traditiones *Morales*, ſeu verſantes circa materiam morum, & circa actiones faciendas vel omittendas. Quod probatur. Ipsímet Lutherani aliqua faciunt & obſervant, atque neceſſariò obſervanda judicant, quæ tamen in SS. Litteris, ſeu in Verbo Dei ſcripto non clarè, determinatè, & particulatim ſunt præcepta. Sic judicant 1. contra Anabaptiſtas, baptiſmum etiam parvulis eſſe conferendum, tanquam neceſſarium ad ſalutem.

2. Eun-

Digitized by Google

2. Eundem non eſſe reperendum. 3. Contra Romano-Catholicos, à Chriſto præceptam eſſe Communionem ſub utraque ſpecie. 4. Contra antiquos, Evcharistiam non eſſe dandam parvulis. 5. Contra Quartadecimanos, celebrandum eſſe Paſcha die Dominica. 6. Contra primos Chriſtianos licere comedere de animalibus ſuffocatis & farcimina ex ſanguine, quod tamenexpreſsè prohibebant Apoſtoli act. 15. 7. Contra Judæos non diem Sabbathi, ſed diem Dominicam eſſe celebrandam feſtivè. 8. Formam Sacramentorum debere pronuntiari oretenus, nec ſufficere, ſi quis baptizaret nihil pronuntians, ſed ſolùm in mente cogitans: *in nomine Patris &c.* Hæc & ſimilia plura in Verbo Dei ſcripto diſtinctè & particulatim non habentur, imò ſubinde videtur contrarium præcipi, uti de Communione parvulornm, de obſervatione Sabbathi &c. & tamen ea neceſſariò facienda & obſervanda credunt ipſimet Lutherani: ergo admittere debent traditiones etiam morales. Si autem aliquando admittunt aliquas traditiones, quas proponit Eccleſia, eáſque vel fide tenendas, vel praxi neceſſariò obſervandas tanquam Verbum & præceptum Divinum, per Eccleſiam nobis ſufficienter propoſitum, non eſt ampliùs ratio, cur non omnes admittant, quia eadem Eccleſia proponit, & teſtatur de illis; cur enim infallibilis ſit circa aliquas, & non circa omnes? Et ex hoc etiam deducitur facilè, obligatorias etiam eſſe traditio-

Digitized by Google

eſſet fides Divina, ſed merè humana. Antec. prob. Lutherani credunt, & neceſſariò credendum putant 1. Tres eſſe Perſonas in Deitate contra Sabellianos. 2. Divinitatem Chriſti contra Arianos. 3. Proceſſionem Spiritûs S. à Patre & Filio, ejúsque Divinitatem contra Macedonianos. 4 Unam Perſonam in Chriſto contra Neſtorianos. 5. Duas Naturas in Chriſto, Divinam & humanam, ſine transfuſione contra Eutychianos. 6. Perpetuam Virginitatem B. V. etiam poſt partum contra Helvidium &c. Ergo ipsímet Lutherani multa credunt, & neceſſariò credenda judicant, tanquam ad fidem pertinentia, quæ tamen in Verbo Dei ſcripto, ſeu Scriptura S. non clarè, diſtinctè, & particulatim ſunt expreſſa: ergo neceſſariò admittere debent aliquas traditiones ad fidem pertinentes, ab Eccleſia cuſtoditas, & nobis propoſitas, tanquam Dei Verbum non ſcriptum: ergo debent admittere ſaltem traditiones *Doctrinales*.

10. Sed & admittere debent traditiones *Morales*, ſeu verſantes circa materiam morum, & circa actiones faciendas vel omittendas. Quod probatur. Ipsímet Lutherani aliqua faciunt & obſervant, atque neceſſariò obſervanda judicant, quæ tamen in SS. Litteris, ſeu in Verbo Dei ſcripto non clarè, determinatè, & particulatim ſunt præcepta. Sic judicant 1. contra Anabaptiſtas, baptismum etiam parvulis eſſe conferendum, tanquam neceſſarium ad ſalutem.

2. Eun-

Digitized by Google

2. Eundem non eſſe reperendum. 3. Contra Romano-Catholicos, à Chriſto præceptam eſſe Communionem ſub utraque ſpecie. 4. Contra antiquos, Eucharistiam non eſſe dandam parvulis. 5. Contra Quartadecimanos, celebrandum eſſe Paſcha die Dominica. 6. Contra primos Chriſtianos licere comedere de animalibus ſuffocatis & farcimina ex ſanguine, quod tamen expreſsè prohibebant Apoſtoli act. 15. 7. Contra Judæos non diem Sabbathi, ſed diem Dominicam eſſe celebrandam feſtivè. 8. Formam Sacramentorum debere pronuntiari oretenus, nec ſufficere, ſi quis baptizaret nihil pronuntians, ſed ſolùm in mente cogitans: *in nomine Patris &c.* Hæc & ſimilia plura in Verbo Dei ſcripto diſtinctè & particulatim non habentur, imò ſubinde videtur contrarium præcipi, uti de Communione parvulornm, de obſervatione Sabbathi &c. & tamen ea neceſſariò facienda & obſervanda credunt ipſimet Lutherani: ergo admittere debent traditiones etiam morales. Si autem aliquando admittunt aliquas traditiones, quas proponit Eccleſia, eáſque vel fide tenendas, vel praxi neceſſariò obſervandas tanquam Verbum & præceptum Divinum, per Eccleſiam nobis ſufficienter propoſitum, non eſt ampliùs ratio, cur non omnes admittant, quia eadem Eccleſia proponit, & teſtatur de illis; cur enim infallibilis ſit circa aliquas, & non circa omnes? Et ex hoc etiam deducitur facilè, obligatorias etiam eſſe traditiones

Digitized by Google

nes Eccleſiaſticas, quia proveniunt ſaltem mediatè (ſcilicet mediante Eccleſia) à Deo, poteſtatem faciente Eccleſiæ ferendi leges, & infallibiliter dirigente, ne erret; uti oſtendimus *in Papatu nunquam errante. art. 7.*

11. Antequam ad alias probationes progrediar, placet paulò ampliùs explicare præcedentem, & quidem per dialogum Sabelliani & Lutherani circa SS Trinitatem, quam Lutherani habent pro articulo fidei fundamentali, nullatenus tamen ex ſola Scriptura probare poſſunt, uti primo ſtatim loco inſinuavimus ſuprà n. 9. Auſcultemus his duobus acriter de re ſumma diſputantibus.

Lutheranus. Facilè primus apud Chriſtianos fidei articulus eſt, Deum in natura eſſe unum, in Perſonis verò trinum: de quo nullatenus eſt dubitandum.

Sabellianus. Abſit Chymericus Deus, qui ſimul ſit unus & triplex. Unus eſt Deus, & una Perſona. Idem Deus, quia habet diverſas operationes & proprietates, diverſa ſortitur nomina, & quia eſt Auctor rerum omnium, vocatur *Pater*; quia Chriſtum miſit ad hunc mundum redimendum, & nos adoptavit in filios, appellatur *Filius* & Redemptor; quia per baptiſmum ſanctificat animam, & ſpiritualem vitam eidem largitur, nominatur *Spiritus Sanctus*, ſine ulla diſtinctione reali. Sicut eadem anima hominis propter diverſas operationes nunc *Intellectus*, nunc *Voluntas*, nunc *Memoria*

appel-

Digitized by Google

appellatur, quæ tamen rationes omnes nonniſi ratione diſtinguuntur ſine ulla diſtinctione reali.

Lutheranus. Apage hæreticam doctrinam, S. Scripturæ omnino contrariam.

Sabell. Hoc tibi probandum reſtat, & quidem ex ſola Scriptura S. nam ratio dictat contrarium, cùm vulgatum ſit principium apud omnes Philoſophos: *quæcunque ſunt eadem uni tertio, ſunt eadem inter ſe*

Luth. Faciam, & quidem ex utroque Teſtamento. In veteri an non legiſti, quòd Deus Geneſis 1. v. 26. utatur numero plurali, & dicat: *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram?* Deus autem non eſt multiplex in Natura: ergo in Perſona.

Sabell. Legi, ſed puerilis hæc illatio nunquam mihi venit in mentem. An neſcis, Magnatibus ſolenne eſſe in plurali de ſe loqui ad indicandam ſuam auctoritatem & plenitudinem poteſtatis? Nunquid Imperator, vel Rex, qui tamen unica eſt perſona, dicere ſolet: *Nos Dei gratiâ* &c. Princeps nimirum, in natura & perſona unicus, tantum valet auctoritate, quantum plures alij. Deinde ibi Deus allocutus fuerit Angelos, non plures Perſonas Divinas, ſicut cum Angelis conſultavit de interitu Regis Achab. 3. Reg. 22. v. 19. ferè eo modo, quo aliquis artifex, in perſona unicus, alloquitur ſuos diſcipulos v. g. in hunc modum: nunc faciamus egregium opus, elaboremus inſignem ſtatuam &c. *Lu-*

Digitized by Google

Luth. Quidquid ſit de hoc, alium tibi textum propono ex Iſa. c. 6. v. 3. ubi dicitur: *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Exercituum*, quid aliud indicat hæc vox ter repetita, niſi tres Sanctiſſimas Perſonas in SS. Trinitate?

Sabell. Minimè gentium, ſed ſolùm indicatur eximia unius Perſonæ Divinæ Sanctitas: ſicut Sponſus cœleſtis in Canticis c. 1. v. 15. non duplicem in ſua Sponſa perſonam indicare voluit, ſed ſolùm ejus eximiam pulchritudinem, quando voce *pulchra* bis repetitâ dixit: *Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es.* Nôrunt Rhetores, quid ſignificet adjectivum eidem ſubſtantivo bis vel etiam ter applicatum.

Luth. Sed quid hæreo in veteri Teſtamento; cùm in Novo longè clariùs exprimatur hoc SS. Trinitatis Myſterium? Deinceps ictus meos non tam facilè & callidè ſubterfugies. Agedum Sabelliane! an non S. Joannes Evangelium ſuum ita auſpicatur: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum?* Ecce τὸ *apud* indicat diſtinctionem inter Patrem & Verbum; quod enim eſt apud alterum, non eſt ipſum alterum: ergo clarum eſt in Deo dari diſtinctionem Perſonarum.

Sabell. Ne triumphes ante victoriam. Facilem & multiplicem hæc argumentatio habet ſolutionem; nam imprimis τὸ *apud* non ſemper indicat diſtinctionem realem, ſed ſæpe diſtinctionem rationis tantùm, & ſecundùm no-

ſtrum

Digitized by Google

ſtrum concipiendi modum ob diverſas, quas in Deo deprehendimus, functiones & operationes. Si τὸ *apud* ſignificaret ſemper diſtinctionem realem, uti tu vis, in Deo non ſolùm tres Perſonas, Patrem, Filium, & Spiritum S. ſed omnino quinque admittere deberes; quia Jobi 12. v. 13. dicitur: *Apud ipſum eſt fortitudo & ſapientia*, conſequenter etiam Fortitudo & Sapientia eſſent Perſonæ realiter diſtinctæ; imò tot forent, quot in Deo numerantur Attributa, ſeu Perfectiones. Deinde quomodo ex hoc tex tu probas Spiritum S.? Quomodo probas, Verbum eſſe ab æterno (quod tamen eſt de eſſentia Dei) cùm dicatur fuiſſe *in principio?* Quomodo probas per Verbum intelligi Filium, Perſonam realiter diſtinctam à Patre?

Luth. Credo te vel apud diabolum vel apud Jeſuitas fuiſſe diſcipulum, Sabelliane, cùm ita ſophiſticè eludere nôris argumenta. Sed heus! quid dicis ad hunc textum S. Joannis clariſſimum: *Tres ſunt, qui teſtimonium dant in cœlo: Pater, Verbum, & Spiritus S. & hi tres unum ſunt.* 1. Jo. 5. v. 7. Quid valet, hìc obmuteſces? Et aperta veritas omnem elabendi viam intercludet.

Sabell. Io triumphe! victus es, miſer Lutherane, & ad incytas redactus; cùm incipias ex aliena jam pharetra mutuas accipere ſagittas. Hoc telum non ex tuis eſt Biblijs: ergo vel juxta te hebes & innoxium; nam ex ſola Scriptura S. voluiſti me convincere, & modò

Digitized by Google

textum affers ex Biblijs Catholicorum, quem tuus Lutherus ex ſuis expunxit. Dein (ut tibi parcam, & ex gratia hunc textum pro Verbo Dei ſcripto recipiam conformiter recentioribus veſtris Biblijs) dico, *tres eſſe* ſecundùm noſtrum concipiendi modum ob tres præcipuas operationes & munia Dei, non tres realiter diſtinctas perſonalitates; ferè ſicut modernus Imperator JOSEPHUS eſt, & rectè dicitur Comes Tyrolis, Archi-Dux Auſtriæ, Rex Bohemiæ &c. quin tamen propterea ſit realiter multiplex Perſona.

12. Audita hac diſceptatione, quæro ex te, quisquis es rerum intelligens, an Lutheranus clarè & ſufficienter ex Verbo Deî ſcripto contra Sabellianum probaverit Myſterium SS. Trinitatis, articulum etiam apud Lutheranos primum & primarium fidei, vel ſaltem nulli alteri ſecundum? Mihi certè in æternum id nemo perſuadebit. Neque dicas ex his ipſis textibus apud Catholicos etiam probari Myſterium SS. Trinitatis. Nam id quidem verum eſt; ſed apud nos Catholicos ſunt arma validiſſima, non autem apud Sectarios. Quare hoc? Ideo, quia Catholici hæc arma (ut olim Scanderbegus ſuum gladium) valido brachio vibrant, Sectarij autem prorſus infirmo. Quod eſt illud brachium? Auctoritas totius Eccleſiæ, conſenſus Patrum, verbo *Verbum Dei non ſcriptum*, ſeu traditio ab Eccleſią nobis explicata. Si iſtud brachium acceſſerit, hoc eſt, ſi Scriptura ritè &

infal-

Digitized by Google

infallibiliter intelligatur juxta explicationem Eccleſiæ, gladius eſt aptiſſimus ad omnium hæreticorum capita in medio diſſecanda; aliàs nihil efficiet, licèt in ſe ſit ex utraque parte acutus, quia nimirum deeſt forte brachium, quod vibret.

Probatur nunc aſſertio noſtra 3. à pari. In *Lege Naturæ* ab Adamo uſque ad Moyſem non 13.
exſtitit ullum Verbum Dei ſcriptum, ſed meræ traditiones, ſeu Verbum Dei non ſcriptum, propter quod fideles credebant neceſſariò credenda. Rurſus in *Lege ſcripta*, ſcilicet à Moyſe, qui primus fuit Auctor librorum Canonicorum, etiam dabantur traditiones & Verbum Dei non ſcriptum, uti inſinuavimus ſciendo 5. fuerúntque neceſſariæ: ergo etiam in *Lege Gratiæ*, ſcilicet à Chriſto uſque ad finem mundi admitti poſſunt traditiones tanquam Verbum Dei, imò debent, cùm non omnia, neceſſariò credenda, ſint ſcripta ab Auctoribus Canonicis, uti dictum. Confirmatur ex conſuetudine omnium Gentium, quarum Reſpublicæ partim ſcriptis partim non ſcriptis gubernari legibus ſemper conſueverunt. Hinc & Jura (Civile & Canonicum) Conſuetudini parem cum ſcriptis legibus auctoritatem tribuunt.

Probatur 4. ex S. Scriptura utriusque Te- 14.
ſtamenti. Moyſes remiſit Judæos ad traditiones Majorum dicens: *Memento dierum antiquorum, cogita generationes ſingulas, interroga Patrem tuum, & annuntiabit tibi, majores tuos, & dicent tibi.* Deut. 32. v. 7. Et David ſe tra-

ditionibus edoctum clarè fatetur: *Deus auribus noſtris audivimus* (non dicit: *legimus oculis*) *Patres noſtri annuntiaverunt nobis opus, quod operatus es in diebus eorum, & in diebus antiquis.* Pſal. 43. v. 1. 2. In novo Teſtamento Paulus 2. Theſſ. 2. ita monet: *State & tenete traditiones, quas didiciſtis ſive per ſermonem ſive per epiſtolam noſtram.* Et 1. Cor. 11 laudat Corinthios, quòd *tenerent præcepta, quæ tradidit ipſis.* Et infrà tractans de modo Evchariſtiæ ſumendæ ait: *Ego enim accepi à Domino, quod & tradidi vobis* &c. Demum ita concludit: *Cætera, cùm venero, diſponam.* Ergo Paulus docuit non ſolùm ſcripto, ſed etiam verbo & oretenus. Chriſtus ipſe idem fecit; poſtquam enim Jo. 16. dixerat ad Diſcipulos ſuos: *Multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modò*: Illa utique eis dixerit poſtea, ſcilicet poſt Reſurrectionem *per dies quadraginta apparens eis, & loquens de Regno Dei.* Act. 1. Ex quibus & alijs textibus pluribus Patres communiter colligunt, Chriſtum & Apoſtolos multa docuiſſe per ſermonem non ſcriptum, & poſtea in Eccleſia traditum. Neque obeſt frivola reſponſio hæreticorum, dum dicunt, Apoſtolos ea iterum docuiſſe ſcripto, quæ priùs tradiderant per ſermonem. Nam imprimis hoc prorſus gratis fingitur ſine ullo fundamento, & inſuper contra ſenſum communem Patrum ac totius Eccleſiæ. Deinde S. Paulus per particulam *ſive* clarè diſtinguit ſermonem ab epiſtola,

in-

Digitized by Google

innuens, non ſolùm ſcripto, ſed etiam verbo, ſe docuiſſe, aliqua ſcripto tantùm, & aliqua verbo tantùm.

Probatur 5. ex SS. PP. tum Latinis, tum 15.
Græcis, unanimiter conſpirantibus in Verbum Dei non ſcriptum, ſeu in traditiones Eccleſiæ, uti Dionyſ. Areopagita, Ignatius M. Juſtinus, Irenæus, Athanaſius, Baſilius, Chryſoſtomus &c. ex Græcis; ex Latinis verò Cyprianus, Hilarius, Ambroſius, Hieronymus, Auguſtinus, & alij, quos vide apud Bellarm. de Verbo Dei lib. 4. cap. 7. Audiamus aliquorum verba. S. Dionyſ. Areop. Apoſtolis coævus l. de Eccleſ. Hierarchia c. 1. ſic ait: *Primi illi noſtri Sacerdotalis muneris Duces* (nempe Apoſtoli) *ſumma illa & ſuperſubſtantialia* (ſcilicet ad fidem pertinentia) *partim ſcriptis partim non ſcriptis inſtitutionibus, juxta quod ſacræ definiunt Leges, nobis tradiderunt.* S. Chryſoſtomus in 2. ad Theſſ. 2. Sic pronuntiat: *hinc perſpicuum eſt, quòd non omnia per epiſtolam tradiderint Apoſtoli, ſed multa etiam ſine litteris. Eâdem verò fide digna ſunt tam illa, quàm iſta. Itaque Eccleſiæ etiam traditionem eſſe fide dignam putemus. Eſt traditio, nihil quæras amplius.* Quid clarius & nervoſius in rem noſtram dici poſſet? Pari claritate Epiphanius hæreſi 61. ſic fatur: *Oportet autem & traditione uti: non enim omnia à Divina Scriptura poſſunt accipi. Quapropter aliqua in Scripturis: aliqua in traditione ſancti Apoſtoli tradiderunt, quemadmodum dicit S. Apoſtolus: Sicut tradi-*

Digitized by Google

tradidi vobis &c. S. Auguſtinus more ſuo prorſus egregiè nos inſtruit l. 2. de Baptiſmo contra Donatiſtas c. 7. *Quam conſuetudinem*, ait, *credo ex Apoſtolica traditione venientem, ſicut multa non inveniuntur in litteris eorum, neque in Concilijs poſterorum, & tamen, quia cuſtodiuntur per univerſam Eccleſiam, non niſi ab ipſis tradita & commendata creduntur*. Et l. 4. c. 24. *Quod univerſa tenet Eccleſia, nec Concilijs inſtitutum, ſed ſemper retentum eſt, nonniſi authoritate Apoſtolica traditum rectiſſimè creditur*. Epiſt. 118. cap. 5. *Similiter etiam, ſi quid horum tota per orbem frequentat Eccleſia. Nam hoc quin ita faciendum ſit, diſputare inſolentiſſimæ inſaniæ eſt.*

16. Probatur 6. ex Concilijs Generalibus. Concilium Nicænum I. quod eſt omnium antiquiſſimum, ex traditione, ſeu doctrina non ſcripta, damnavit hæreſim Arij, ut diſertè teſtatur Theodoretus l. 1. hiſtor. c. 8. Nicænum II. actione 2. & 6. venerationem Imaginum ſtabilivit ex traditione ab Apoſtolorum temporibus conſervata: imò act. 7. ſic definivit: *Si quis traditionem Eccleſiæ, ſive ſcripto ſive conſuetudine valentem non curaverit, anathema ſit.* Quid ad hoc fulmen Lutherani, in primitiva Eccleſia à Concilio, quòd etiam ipsímet recipiunt, in ſe intortum? Addamus Concilij Tridentini definitionem, antiquis Patribus & Concilijs admodum conformem. Seſſ. 4. poſt Decretum de Scripturis Canonicis ſic declarat: *Traditiones, tam ad fidem quàm ad mores pertinentes, tanquam vel*

orete-

Digitized by Google

oretenus à Chriſto, vel à Spiritu S. per Apoſtolos, dictatas pari pietatis affectu ac reverentia veneratur Sacra Synodus.

Dico 2. Ut traditiones ſint regula fidei (ſeu Verbum Dei non ſcriptum obligans ad credendum, vel faciendum) debet de illis certò & infallibiliter conſtare. Præcipuè autem ſufficienter nobis conſtat de illis per auctoritatem & declarationem Eccleſiæ. Prima pars aſſertionis eſt evidens, cùm fides debeat eſſe certiſſima, nec certior eſſe poſſit, quàm ſit motivum: motivum autem certiſſimum non ſit, niſi de eo certiſſimò conſtet. Altera pars facilè probatur. Nulla alia datur auctoritas ſenſibilis, quæ ex infallibili aſſiſtentia Spiritûs S. in ſuis doctrinis errare nequeat, quàm Eccleſia Chriſti univerſa, contra quam ex promiſſione Chriſti portæ inferi non prævalebunt. Verùm quòd Eccleſiæ auctoritas & doctrina debeat eſſe infallibilis, hìc tutò ſupponitur, & probatur in tractatu de Eccleſia. Interim tamen nota, non requiri ſemper claram & expreſſam definitionem Eccleſiæ, ſed ſufficere etiam tacitam, quæ habetur vel per communem Patrum & totius Eccleſiæ ſenſum aliquid pro fidei dogmate habentium, vel ex univerſali Eccleſiæ praxi. Unde omnes traditiones, quia non aliter, niſi ex auctoritate Eccleſiæ nobis conſtare poſſunt, in eáque cuſtodiuntur ac proponuntur, appellantur *Traditiones Eccleſiæ.* Licèt non omnes poſſint vocari *Traditiones Eccleſiaſticæ.* Diſcrimen in hoc eſt, quòd Ec- 17.

Digitized by Google

cleſiaſticæ nihil ſint aliud, niſi conſuetudines ab Eccleſia introductæ; traditiones verò Eccleſiæ ſint omnes, quæ ab Eccleſia cuſtodiuntur, proponuntur, & declarantur, inter quas etiam ſunt Divinæ & Apoſtolicæ, tam Doctrinales, quàm Morales.

18. Dico 3. Falſum eſt illud principium: *Nihil credendum, aut faciendum ex obligatione, niſi explicitè & particulatim in S. Scriptura ſit expreſſum.* Dixi *explicitè & particulatim*; nam implicitè & generatim continentur omnia in SS. Litteris, quatenus nimirum nos jubent audire Eccleſiam, & recipere traditiones. Quamvis hæc concluſio evidenter ſequatur ex prima, & ijsdem argumentis rectè probetur, ſpecialiter tamen adhuc

19. Probatur 1. Primi Chriſtiani multa credere debebant de Chriſto, & Myſteriis Chriſtianæ fidei, antequam Evangelium fuiſſet conſcriptum; nam primis ſaltem annis à Reſurrectione Chriſti nullus exſtabat liber Canonicus novi Teſtamenti. Deinde Apoſtoli & Evangeliſtæ non juſſu Chriſti (conſequenter non ex neceſſitate, quaſi Scriptura novi Teſtamenti eſſet neceſſaria) ſed ad preces fidelium, id exigentium, pro ratione circumſtantiarum ſcribere cœperunt; ſiquidem Sacramenta Baptiſmi & Eucharistiæ &c. jam adminiſtrabantur in Eccleſia, antequam ſua Evangelia ſcripſiſſent Evangeliſtæ, præſertim Joannes, qui vel in Pathmo, vel poſt reditum à Pathmo ſuum E-

van-

Digitized by Google

vangelium ſcripſit, adeóque cùm eſſet 90. circiter annorum, ut habet communis Patrum apud Bellar. l. 1. de Verbo Dei c. 20. Interim ſine ulla Scriptura novi Teſtamenti ſuos inſtruebat prædicando. Adde, quòd Chriſto & Apoſtolis non minùs credendum fuerit Prædicantibus, quàm Scribentibus.

Probatur 2. Hoc principium creditur ab Adverſarijs: ſed hoc principium non eſt explicitè & particulatim expreſſum in SS. Litteris; ubi enim ſcriptum eſt, *nihil credendum, vel faciendum, niſi ſcriptum?* ergo. 20.

Confirmatur 1. Cæcus, legendi imperitus &c. non poſſunt credere ex Scriptura: ergo debent aliqua credi à multis propter Verbum Dei non ſcriptum; quia tales non cognoſcunt, illa, quæ ſibi ab alijs proponuntur, eſſe ſcripta, niſi ex auditu & traditione. Si enim unus vel alter Prædicans, ſi parentes, Ludimagiſtri dicant, ea eſſe in Verbo Dei ſcripto, credunt ejusmodi rudes vel cæci, ita eſſe: conſequenter credunt immediatè propter verba hominum, non propter Scripturam S. Si autem his poſſint ſufficere verba Præconum, Parentum &c. Cur Catholicis, & omnibus rectè ſentientibus non ſufficere poſſint Verba & Auctoritas univerſalis Eccleſiæ ad obligationem credendi & faciendi quædam inducendam?

Confirmatur 2. Si Lutherani velint convertere Ethnicum, qui negat omnem Scripturam S. certè nunquam illi perſuadebunt, ut

Digitized by Google

credat ea, quæ ſcripta ſunt in SS. Litteris; ſed priùs per ſigna veræ Eccleſiæ demonſtrandum ipſi eſt, quænam ſit vera Religio, & quòd hujus effata ſint infallibilia. Deinde credet Ethnicus, priùs quidem verbo Eccleſiæ, tanquam verbo Dei non ſcripto, & propter hoc demum etiam SS. Litteris. Imò ſi moreretur, antequam legeret vel videret Biblia, utique ſalvari tamen poſſet. Quæſo, quidſi omnia Biblia perirent; an hoc ipſo nullus ampliùs in mundo poſſet eſſe fidelis? Haud ſanè.

21. Dico 4. Etiam falſum eſt iſtud principium modernorum Lutheranorum: *Nihil credendum aut faciendum, niſi in S. Scriptura ſit expreſſum, aut indè per claram, neceſſariam, &* (ut loquitur M. Lomer) *per pronam conſequentiam deductum.* Quoad primam partem conſtat ex aſſertione præcedente: quoad alteram, quæ caudæ vel centonis inſtar ex neceſſitate aliqui cœperunt adjicere, & ſic firmare ſuam cauſam,

Probatur 1. Hoc principium caudatum nec eſt in ipſa Scriptura S. expreſſum, nec indè per legitimam conſequentiam clarè deducitur: ergo rectè negatur. Dices: Ratio dictat, quòd illud ſit credendum, quod per legitimam conſequentiam clarè deducitur ex Verbo Dei. ℟. Aliud eſt ratio, aliud eſt Verbum Dei: Ratio humana falli poteſt & fallere, nec propter rationem humanam credimus fide Divina, ſed propter Verbum Dei.

Con-

Digitized by Google

Confirmatur 1. Conſequentia deducitur ab humano intellectu: ſed nihil crebriùs inculcant Lutherani, quàm intellectum humanum quemcunque eſſe cæcum in rebus Divinis, & errare poſſe, ſolam ubique Scripturam crepantes: ergo conſequentiæ ex Scriptura S. deductæ poſſunt eſſe falſæ & erroneæ, conſequenter non poſſunt fundare aſſenſum fidei Divinæ.

Confirmatur 2. Quòd conſequentia ſit formaliter bona & legitima, non poſſumus nôſſe ex Scriptura, ſed ex Logica: atqui quòd ſolùm conſtat ex Logica, non eſt Verbum Dei; ergo conſequentia etiam legitimè deducta ex Scriptura S. non eſt Verbum Dei, conſequenter incapaxfundandi aſſenſum fidei Divinæ.

Confirmatur 3. Quod ſolummodo deducitur ex Verbo Dei, non eſt Verbum Dei; ſicut conſequens non eſt antecedens, vel fructus non eſt arbor: ſed conſequentiæ, etiam legitimæ, ſolummodo deducuntur ex Verbo Dei: ergo.

Probatur 2. Lutherani multa credunt & faciunt, & quidem ex obligatione, ut judicant, quæ tamen neque particulatim & explicitè expreſſa habentur in SS. Litteris, neque per claram & legitimam conſequentiam indè deducuntur: ergo neque hoc principium cum ſua cauda ſufficit. Ant. prob. Credunt, Deum eſſe unum in eſſentia, & trinum in perſonis, quod Myſterinm tamen neque explicitè habetur expreſſum, neque per legitimam & pronam conſequentiam poteſt indè deduci, ut colliges ex 22.

n. 11.

n. 11. Idem dic de Divinitate Chriſti, Proceſſione & Divinitate Spiritûs S. de baptiſmo parvulorum, de præſentia Chriſti primùm in actuali ſumptione Eucharistiæ, de præcepto utriusque ſpeciei &c.

Confirmatur 1. Ad hoc, ut aliqua conſequentia legitimè deducatur ex Scriptura S. debet neceſſariò priùs conſtare certò de legitimo ſenſu Scripturæ S. Atqui de legitimo ſenſu Scripturæ S. non poteſt certò & infallibiliter conſtare v. g. de legitimo ſenſu verborum *Hoc eſt Corpus meum* in conſecratione Euchariſtiæ, ſine Verbo Dei non ſcripto, ſeu ſine traditione & auctoritate Eccleſiæ, ut infrà oſtendemus art. 3. ergo debet priùs admitti traditio Eccleſiæ (quam Lutherani adeò horrent, quia extrema indè pernicies toti Lutheranismo atque omni Sectæ erroneæ certiſſimè imminet) quàm legitima conſequentia deduci poſſit.

Confirmatur 2. Lutherani ſæpe deducunt ex Scripturis ineptiſſimas conſequentias: ergo meritò redduntur omnes ſuſpectæ, vel ſaltem fide firmiſſima indignæ. Ant. prob. aliquas afferendo. Sic Wolfg. Franzius Profeſſor Witteberg. theſi. 6. de Abſolutione hanc deducit conſequentiam: Chriſtus Luc. 24. jubet in nomine ſuo prædicari remiſſionem peccatorum: ergo inter cantandum remittuntur peccata. Maximilianus Philos. Trevir. f. 63. Examinis Papiſtarum ſic argutat: Chriſtus Jo. 17. ait *Pater Sancte*; ſed Pontifici dicitur *Pater Sanctiſſime*:

er-

Digitized by Google

ergo Papa extollitur ſupra Deum. Hic Syllogiſmus eſt in figura Galeni, quia medicinâ indiget. Perinde ac ſi ita colligerem: Chriſtus dixit, *nemo bonus niſi ſolus Deus*: ſed Rebecca Gen. 27. ait, *affer mihi duos hædos optimos*: ergo hædos extollit ſupra Deum. Idem ulteriùs ſic concludit: Pſal. 59. dicitur. *Tibi ſoli peccavi*: ergo non rectè dicitur, *Confiteor B. Virgini, B. Michaëli* &c. Aliam ego ſcirem Confeſſionem pro hoc Philoſopho, ſi diceret: confiteor Ariſtoteli & omnibus Philoſophis, quia Dialecticam non rectè didici. Et tunc abſolvi poſſet ab omni vinculo argumentationis, & ab omni ſcientia & doctrina. Joan. Faber Coburg. fol. 382. ſuæ Confutationis contra Anonymum Papiſtam has conſequentias format: Jo. 6. dicitur, *qui manducat hunc panem, vivet in æternum*: ergo non datur Purgatorium. Fol. 767. Chriſtus ſemel mortuus eſt: ergo Diſcipulis in Emaus non dedit Evchariſtiam. Et fol. 724. Jo. 20. dicitur, *beati, qui non viderunt, & crediderunt*: ergo non prodeſt intereſſe Miſſæ. Faberrimè! Centuriatores apud Bellarm. to. 2. fol. 972. contra SS. Imagines ita ſubtilizant: 1. Chriſtus mortuus eſt pro hominibus, non pro imaginibus: ergo imagines non ſunt colendæ. 2. Si imagines forent colendæ, ſoli divites ſalvarentur, qui eas poſſunt emere. 3. Chriſtus non dixit, qui imagines meas recipit, ſed, qui vos recipit, me recipit: ergo honor imaginum non tendit ad exemplar. Ergo baculus in tergo.

Si-

Similes ineptias plures legere potes in Diſputatione quadam Theologica, quam Monachij edidit P. Simon Felix Anno 1617. ſed riſum tenere non poteris.

23. Probatur 3. Si conſequentiæ ex Scripturis deductæ poſſunt fundare aſſenſum fidei, ut volunt Lutherani, tunc nos Catholici cauſam lucrati ſumus 1. Quia nihil poteſt fundare aſſenſum Divinæ fidei, ſeú eſſe motivum ſufficiens ad credendum, niſi ſit Verbum Divinum: ergo tales conſequentiæ debent eſſe Verbum Divinum; atqui non ſunt Verbum Dei ſcriptum: ergo non ſcriptum: ergo vel ipſis fatentibus debet admitti Verbum Dei non ſcriptũ præter ſcriptum; quod tamen tam pertinaciter negant. 2. Quia pro Verbo Dei non ſcripto, ſeu pro traditionibus Eccleſiæ, deduci poſſunt proniſſimæ & clariſſimæ conſequentiæ. v. g. Ex illo textu Matth. 18. *Qui Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus*: ergo ſine peccato infidelitatis non poteſt contradici Eccleſiæ, aliquid credendum proponenti. Item ex 1. Tim. 3. ubi Eccleſia dicitur *columna & firmamentum Veritatis*: ergo (inferre licet) quidquid proponit credendum, neceſſario verum eſt: ſed proponit Verbum Dei non ſcriptum, & de illo teſtatur; ſicut proponit Verbum Dei non ſcriptum: ergo.

Audiuntur Adverſarij.

TAm certa, tam clara, támque efficacia ſunt argumenta, quibus probavimus neceſſitatem

Digitized by Google

tem Verbi Dei non ſcripti ſeu Traditionum, ut Adverſarij etiam inauditi condemnari meritò poſſent. Ut tamen impleatur omnis juſtitia, ſpatium ipſis concedimus ſuam agendi cauſam, & impugnandi Traditiones. Itaque

Ob. 1. Traditiones ſunt verbum hominum: ergo non ſunt Verbum Dei non ſcriptum. Ant. prob. Traditiones ſunt verba Patrum, & Romanorum Pontificum: ſed hi ſunt homines: ergo. 2. Vel traditiones habent auctoritatem Divinam, & æqualem cum Verbo Dei ſcripto, vel habent minorem: neutrum poteſt dici: non ſecundum, quia Verbum Dei, ſive ſcriptum ſit, ſive non ſcriptum, habet auctoritatem Divinam: non primum, quia ſequeretur, dicta Patrum & Pontificum eſſe æqualiter credenda, & eâdem fide, qua creduntur ea, quæ ſunt in Scripturis Apoſtolorum & Prophetarum, quod utique abſurdum eſt. ℞. 1. Retorquendo Argumentum in S. Scripturam. SS. Litteræ ſunt characteres hominum, & verba ſcripta ab hominibus, ſunt ſigna ſenſibilia, ab hominibus ſuam ſignificationem habentia &c. Ergo non ſunt Verbum Dei ſcriptum. Miror ſanè, quòd Adverſarij identidem clament, Traditiones Eccleſiæ eſſe verba humana, mandata hominũ &c. & non videant, etiam Scripturam S. eſſe characteres humanos, mandata hominum, hoc eſt, ab hominibus conſcripta. Non poteſt Deus hominibus loqui, niſi per ſigna creata & ſenſibilia: perinde autem eſt, ſive ipſis loquatur per ſigna ſcripta, ſive per

Digitized by Google

ſigna oretenus pronunciata. Cùm igitur Adverſarij agnoſcant in ſignis ſcriptis ſive in SS. Litteris Deum loquentem, eásque habeant pro Verbo Dei; quare nos in ſignis oretenus pronuntiatis ſive in traditionibus Divinis & Apoſtolicis non agnoſcere poſſimus Deum loquentem, eásque pro Verbo Dei habere?

℞. 2. ad 1. N. Ant. vel diſt. Sunt Verbum hominum inſtrumentaliter, hoc eſt, per homines pronuntiatum, cuſtoditum, & ad nos tanquam per inſtrumenta translatum C. Ant. ſunt Verbum hominum originaliter & principaliter, hoc eſt, ab hominibus inventum, ſine revelatione & directione Divina propoſitum N. Ant. & Conſ. Sicut Adverſarij dicunt de ipſa Scriptura S. quòd ſcilicet ab hominibus quidem compilata ſit inſtrumentaliter, illam tamen Deus originaliter inſpiraverit & dictaverit, atque propterea pro Verbo Dei ſcripto habent; ita & nos dicimus, Traditiones ab hominibus quidem proferri & propagari inſtrumentaliter, originaliter tamen eſſe doctrinam ipſius Dei per Patres, Doctores, & præcipuè per Romanos Pontifices loquentis, atque idcirco pro Verbo Dei non ſcripto habemus. Ad 2. dico, Traditiones Divinas & Apoſtolicas habere eandem prorſus auctoritatem, quam habent Scripturæ Divinæ & Apoſtolicæ. Neque propterea Patres & Pontificem abſolutè æquiparamus Apoſtolis & Prophetis, ſed ſolùm eatenus, quatenus verba, quæ Deus nobis loquitur per Eccleſiam tan-

quam

Digitized by Google

quam os ſuum, ſive per Patres & Pontificem, non ſunt minoris infallibilitatis & auctoritatis, quàm verba, quæ Deus dictavit Prophetis & Apoſtolis, per quos inſtruxit nos ſcripto. Iſtud adhuc obſerva, Romanum Pontificem quidem, quando ex Cathedra declarat aliquid pro traditione Divina aut Apoſtolica, eſſe infallibilem, non tamen Patres & Eccleſiæ Doctores reliquos, niſi inter ſe & cum Summo Pontifice conſpirent. Si enim omnes Patres vel ferè omnes in aliqua re conſpirent, ſignum eſt, quòd ſit ſenſus totius Eccleſiæ, quæ falli non poteſt.

Dices: Saltem Traditiones Eccleſiaſticæ ſunt mandata merè humana & traditiones merè humanæ v. g. Lex prohibens Sacerdotibus conjugium, Laicis uſum Calicis, omnibus eſum carnium die Veneris &c. Lex præcipiens auditionem Miſſæ, certa jejunia, dies Feſtos, Confeſſionem peccatorum &c. ergo non obligant. 25.

℞. N. Ant. Quòd ſint *merè* humanæ; licèt enim immediatè & quoad ultimam determinationem actionis faciendæ vel omittendæ proveniant ab hominibus, mediatè tamen & ſaltem in genere ejusmodi actiones prohibentur vel præcipiuntur ab ipſo Deo, imò & Natura. Quippe Deus non ſolùm poteſtatem dedit Eccleſiæ ferendi Leges, nec ſolùm eas habet ratas, ſed etiam Lex Divina & Naturalis exigit ſaltem in genere v. g. ut ſacerdotes ſancta tractantes ſint puri & ſancti, ut Deum colamus certis diebus, ut quandoque ſumamus Eycharistiam,

Digitized by Google

dolentes confiteamur noſtra peccata, ac pœnitentiam agamus &c. Quas actiones quia Deus & Natura quoad tempus & modum non determinârunt, determinare debuit Eccleſia, Dei vicaria, per quam nobis loqui & infallibiliter ſuam voluntatem intimare voluit.

26. Ob. 2. Omnia, quæ neceſſariò ſunt credenda aut facienda, vel explicitè, vel implicitè continentur in S. Scriptura: ergo Traditiones ſunt ſuperfluæ. Ant. prob. 1. Si non omnia continerentur in Scriptura, tunc Scriptura eſſet imperfecta, & defectuoſa: ſed non poteſt eſſe defectuoſa & imperfecta, quia ejus auctor eſt Deus. 2. Scriptura S. ideo nobis eſt data, ut habeamus normam & regulam perfectam fidei & morum: ergo omnia ad fidem & mores neceſſaria debent contineri in S. Scriptura. 3. Summa doctrinæ cœleſtis, ad ſalutem neceſſariæ, conſiſtit in Decalogo, Symbolo Apoſtolico, Oratione Dominica, & Inſtitutione Sacramentorum: ſed omnia hæc perſpicuè traduntur in S. Scriptura, ſcilicet partim in Lege, partim in Evangelio; in Lege quidem traditur Decalogus & Præcepta moralia, præſertim Exod. 19. Deut. 5. Cætera in Evangelio: ergo omnia ad ſalutem neceſſaria perſpicuè ſunt in SS. Litteris.

℞. 1. N. Ant. Quia Myſterium SS. Trinitatis, Divinitatis Chriſti, Proceſſionis Spiritûs S. Sacramenta, Juſtitia fidei, Integritas Scripturæ &c. Nec explicitè continentur in Scriptura, nec

Digitized by Google

nec implicitè, hoc eſt, per claram, & pronam conſequentiam ſine auctoritate & traditione Eccleſiæ non deducuntur. Accedit, quòd in Lege Naturæ nulla fuerit Scriptura; & tamen erant aliqua neceſſariò credenda & facienda.

℞. 2. Tranſ. Ant. N. Conſ. Quia Traditiones implicitè continentur in ſacrà Scriptura v.g. in illis Verbis: *Qui Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus: qui vos audit, me audit: quæcunque dixerint vobis, facite* &c. Imò Traditiones in genere etiam explicitè commendantur in Scripturis, quando nempe Apoſtolus dixit: *State, & tenete Traditiones, quas didiciſtis ſive per ſermonem, ſive per Epiſtolam noſtram.* 2. Theſſ. 2.

Ad probationem primam N. ſequelam; ſicut enim imperfectus & defectuoſus non dicitur homo, quia non habet alas, eò quòd Deus noluerit hominem habere alas, quibus volet, ſed duos pedes, quibus ambulet: ita nec Scriptura imperfecta & defectuoſa eſt, licèt non omnia neceſſariò credenda & facienda contineat, eò quòd Deus noluerit omnia nobis innoteſcere per Scripturam, ſed multa per Eccleſiam, ſeu per Verbum Dei non ſcriptum, ut evincitur ex noſtris probationibus. Item ſicut Epiſtolæ S. Pauli propterea non ſunt imperfectæ & defectuoſæ, quia præter illas adhuc dantur aliæ Scripturæ Divinæ, quibus docemur: ita nec Scriptura tota debet dici imperfecta propterea, quia datur adhuc præter ipſam aliud Verbum

Digitized by Google

Dei, ſcilicet non ſcriptum. Adde, quòd etiam traditiones, & conſequenter omnia, contineantur in Scripturis ſaltem implicitè, in genere, & mediatè.

Ad 2. Diſt. Ant. Scriptura eſt data, ut ſit norma & regula fidei inadæquata. Tranſ. Ant. Adæquata N. Ant. & Conſ. Dico *tranſeat*; nam in Scriptura non omnia habent rationem normæ & regulæ fidei noſtræ, uti ſunt hiſtoriæ, carmina, epiſtolæ &c. quæ non tam ſcribuntur ut credantur, quàm creduntur, quia ſunt ſcripta. Adde, quòd Scriptura ipſa nobis non innoteſcat, niſi per traditionem, & auctoritatem Eccleſiæ. Adæquata igitur regula fidei & morum eſt utrumque Dei Verbum, tam ſcriptum, quàm traditum, inadæquata verò quodlibet ſeorſim; quod tam parùm eſt contra perfectionem Scripturæ, quàm parùm eſt contra perfectionem partis, quòd non ſit totum, aut contra perfectionem hominis, quòd non poſſit uno pede incedere.

Ad 3. Tranſ. Major; nam non iſta ſolùm neceſſariò credenda & facienda eſſe, patet ex noſtris Probationibus. N. mi. Non enim perſpicuè exprimitur Myſterium Trinitatis, Baptiſmus parvulorum, Sacramentum Eucharistiæ, & ejus legitimus uſus &c.

27. Dices 1. Convenit Bonitati Divinæ, ut omnia, quæ ſunt neceſſariò facienda & credenda, nobis in SS. Litteris revelaverit: ergo omnia debent contineri in SS. Litteris. 2. S. Scriptu-

Digitized by Google

ptura eſt ideo inſpirata à Deo, *ut credamus in JESUM Chriſtum Filium Dei, atque ut per hanc fidem habeamus vitam æternam.* Joan. 20. v. 31. 2. Tim. 3. v. 15. Rom. 15. v. 4. Ergo Scriptura ſola ſufficit ad ſalutem. ℞. ad 1. N. Ant. Quid magìs conveniat Bonitati Divinæ, Deus optimè ſcit: is autem voluit ea, quæ ſunt neceſſariò credenda & facienda, nobis innoteſcere partim ſcripto, partim traditione. Ad 2. Tranſ. Ant. N. Conſ. Non enim ſolùm credere oportet in Chriſtum, ſed & alia Myſteria, quæ in Scripturis non ſatìs exprimuntur, nec ſatìs intelliguntur ſine Traditione, imò etiam multa circa ipſum Chriſtum. Deinde non ſola fides in Chriſtum nobis affert ſalutem; & hinc dixi, *tranſeat Antecedens.*

Dices 2. Teſtantur SS. Hagiographi, ſcilicet Lucas c. 1. v. 3. & Act. 1. v. 1. Item Joannes ep. 1. c. 1. v. 3. 4. Quòd Apoſtoli & Evangeliſtæ poſtea ſcripto vulgaverint omnia, quæ priùs oretenus prædicârunt Chriſtus & Apoſtoli: ergo nulla debet adſtrui Traditio Divina, & Apoſtolica. Ant. prob. Afferendo Textum S. Lucæ, qui c. 1. v. 3. cit. ait: *Viſum eſt & mihi, aſſecuto omnia à principio diligenter, ex ordine tibi ſcribere* &c. Et in Actis: *Primum quidem ſermonem feci de omnibus, ô Theophile, quæ cœpit JESUS facere & docere.* 2. Etiamſi admittatur, quòd non omnia, quæ Chriſtus, & Apoſtoli dixerunt, vel fecerunt, ab Evangeliſtis ſcripta ſint (utì expreſsè concedit Gerhardus 28.

 Loco

Digitized by Google

Loco 1. n. 402.) non tamen poteſt probari, quòd ſint illa, quæ credunt, & faciunt Papiſtæ. 3. Non poteſt probari, quòd illa, quæ ſcripta non ſunt, ſint ad fidem & mores neceſſaria. 4. Non poteſt à Papiſtis oſtendi numerus illarum Traditionum, quas tenent, utì nec liber, in quo omnes continentur: ergo fingunt pro libitu ſibi Traditiones Divinas, & Apoſtolicas.

℞. diſt. ant. Quòd vulgaverint omnia, τὸ *omnia* ſumendo ſtrictè & ſimpliciter N. Ant. Sumendo in ſenſu latiore, & cum reſtrictione ad præcipuas Chriſti actiones & doctrinas, quas cognitas, & ſpecialiter ſibi revelatas habuerunt, & per inſtinctum Divinum impulſi ſunt ad ſcribendum has potiùs quàm alias. C. Ant. & N. Conſ. Quòd S. Lucas, qui ſolus adhibet vocem *omnia*, non ſimpliciter omnia Chriſti geſta & dicta ſcripſerit, ſed ſolùm illa, quorum majorem habuit nôtitiam, revelationem, & inſtinctum, patet tum ex eo, quia ipſémet addit: *Mihi aſſecuto omnia*, tum ex eo, quia cæteri Evangeliſtæ multa ſcripſerunt de Chriſti dictis & factis, quæ in S. Luca non reperiuntur v. g. de primo ſigno, quod JESUS fecit in Cana Galilææ, de verbis in ſpeciem aſperis erga B. Virginem Mariam, quæ tamen identidem obganniunt Lutherani &c. Deinde etiamſi τὸ *omnia* ſumeretur ſtrictè, non tamen probaretur, quòd ſaltem *Apoſtoli* ex Chriſti doctrina non docuerint & fecerint multa, quæ poſtea ſcripta non ſunt ab Apoſtolis & Evangeliſtis. Ad 2. id probari po-

teſt

Digitized by Google

teſt ex declaratione Eccleſiæ; ſicut enim ex Eccleſiæ ſententia & declaratione neceſſariò & infallibiliter ſcimus, quænam ſit Scriptura Divina & Apoſtolica, ita etiam, quænam ſit Traditio Divina & Apoſtolica, & quænam ſint illa, quæ à Chriſto & Apoſtolis ſolùm per traditionem accepimus. Ad 3. Satis probatum eſt in probationibus noſtrarum aſſertionum. Ad 4. Non videtur eſſe admodum difficile, ſi neceſſe foret, numerum Traditionum inire, quas Eccleſia recepit, ſiquis vellet luſtrare Concilia, & Pontificum definitiones ac ordinationes, & ſimul Eccleſiæ Univerſalis ſenſum & praxim. Cæterùm quando Lutherani nobis oſtendent numerum & librum authenticum earum rerum, quæ neceſſariò credendæ & faciendæ ſint, & quidem in S. Scriptura expreſſarum, item quando exhibebunt catalogum diſtinctum omnium rerum, quæ à Deo in Scripturis revelatæ ſunt; tunc & nos compilabimus in unùm librum omnes Traditiones. Interim legant Concilia, Patres, Decreta Pontificum, Hiſtoricos Eccleſiaſticos, & attendant Praxim Eccleſiæ, ubi legent omnes Traditiones. Adde, quòd neceſſe non ſit, ut Traditiones ſcribantur, cùm ſint Verbum Dei non ſcriptum, quaſi per manus traditum &c. Hinc ſi ſcribantur, per accidens id fit.

Dices 2. Si Traditiones ſint Verbum Dei non 29.
ſcriptum, tunc debent credi: ſed non poſſunt credi: vel enim crederentur propter ſe; & tunc etiam

etiam Verbum Dei ſcriptum poſſet credi propter ſe, & non indigeret auctoritate Eccleſiæ & Verbo Dei non ſcripto: vel crederentur propter aliud Verbum Dei, de quo iterum rediret quæſtio, & ſic in infinitum. ℟. N. Mi. ad probationem dico, quòd Traditio Divina & Apoſtolica, ſeu doctrina, quam Eccleſia declarat eſſe Divinam aut Apoſtolicam, non credatur immediatè propter ſe, ſed propter declarationem & teſtimonium Eccleſiæ. Sed urges: hæc declaratio Eccleſiæ eſt etiam aliqua traditio, ſive Verbum Dei non ſcriptum, & per os Eccleſiæ prolatum; propter quid creditur iſta traditio ſeu propoſitio Eccleſiæ? ℟. Propter motiva credibilitatis, & notas veræ Eccleſiæ, per quas Deus teſtatur, hanc Eccleſiam eſſe veram Eccleſiam, quam præſtat infallibilem, & in errorem labi permittere nequit. Quæ motiva credibilitatis immediatè per ſe ipſa certificant intellectum unà cum Illuſtratione Interna (vel tanquam diſpoſitione neceſſaria ad actum fidei ſupernaturalem eliciendum, vel tanquam complemento motivorum externorum) ſive deinde illa motiva credibilitatis cognoſcantur evidenter, ut neceſſariò connexa cum veritate objecti crediti, ſive credantur, utpote locutio Dei paſſiva; certum tamen eſt ea non credi iterum propter aliam locutionem Dei, ſed immediatè per ſe. Et licèt aliqua ex illis appareant naturalia, ſunt tamen ſupernaturalia in ſe, & ab hominibus inimitabilia, utpote à Deo ſpecialiter aſſumpta & elevata pro ſua locutione. Di-

Digitized by Google

Dices 4. Eccleſia non eſt infallibilis in de- 30.
clarandis Traditionibus: ergo. Ant. prob. Si Eccleſia eſſet infallibilis, tunc eſſet columna & firmamentum Veritatis: ſed non eſt; quia Veritas Divina (ſive Deus) eſt columna & firmamentum Eccleſiæ: ergo non viciſſim Eccleſia poteſt eſſe columna Veritatis. 2. Eccleſia ad ſummum eſt columna & firmamentum Veritatis conditionatè, ſi nempe conſentiat cum Scriptura S. ergo. ℞. N. Ant. ad prob. N. Mi. Licèt enim Veritas Increata ſit firmamentum Eccleſiæ, nihil tamen obeſt, quò minùs Eccleſia ſit firmamentum veritatis creatæ. Deus per eſſentiam ſuam eſt Veritas & firmamentum veritatis, Eccleſia per participationem & aſſiſtentiam Divinam eſt firmamentum veritaris.

Ad 2. N. Ant. Quia prorſus gratìs additur hæc conditio, & addita facit promiſſionem Chriſti prorſus ridiculam, & ſimilem promiſſionibus & vaticinijs cyngarorum, qui ſic ludunt homines: *Si diu vixeris, ad magnam ſenectutem pervenies; ſi incideris in fluvium, madeſies &c.* Nunquid etiam Turca eſt infallibilis, ſi conſpiret cum Scriptura S.? Ergo cùm Eccleſia vocatur firmamentum veritatis, ipſi aliquid abſolutè promittitur, quod Sectis falſis datum non eſt, ſcilicet quòd neq; poſſit contradicere Scripturæ ſacræ, vel ullam falſitatem docere.

Ob. 3. Quæ de aure in aurem tranſeunt, 31.
& quaſi per manus traduntur, magno temporis lapſu interire ſolent, vel ſaltem corrumpi, ob hu-

Digitized by Google

manæ memoriæ imbecillitatem, vel etiam ob malitiam hominum& ſocordiam: ſed Traditiones de aure in aurem tranſeunt, & quaſi per manus traduntur: ergo. 2. Admiſſis Traditionibus patet porta multis erroribus, uti experientia docet; nam Papias apud Euſebium ex Traditione docuit, Chriſti regnum hìc in terris per mille annos futurum poſt reſurrectionem mortuorum. Item Irenæus ex Traditione docuit, Chriſtum fuiſſe paſſum anno ætatis circiter quinquageſimo: ergo. 3. Proprium hæreticorum eſt ſua occultare dogmata: ſed per Traditiones occultantur dogmata: ergo.

℟ 1. Retorquendo argumentum in Scripturam S. quia etiam Scriptura, ſi humana ſolùm providentia attendatur, magno temporis lapſu interire, corrumpi, & vitiari poteſt. Item etiam ex Scriptura perperam intellecta oriuntur hæreſes. Ac demum multa in Scripturis SS. non clarè proponuntur. ℟. 2. Ad 1. Diſt. Ma. Niſi Deus ſpecialem curam gerat talium rerum C. Ma. Si gerat N. Ma. & diſt. Mi. Traditiones de aure in aurem tranſeunt &c. Et Deus ſpecialem illarum curam gerit, ſicut gerit curam Scripturæ, ne intereant, vel corrumpantur. C. Mi. Non gerit ſpecialem curam N. Mi. & Conſ. Sicut ante tempora Moyſis ſtetit vera Eccleſia ſine erroribus in fide, cùm tamen nullam Scripturam, ſed meras Traditiones haberet, ita nunc conſervatur Eccleſia Chriſtiana, quæ partim Scripturâ, partim Traditionibus docetur.

Digitized by Google

tur. Adde, quòd Traditiones, licèt ſcriptæ non ſint in Divinis Literis, ſcribi tamen conſueverint in libris Eccleſiaſticis, & veterum monumentis, ac inſuper continuo uſu & praxi cuſtodiri. Ad 2. Nullum eſt periculum erroris, ſi ſolùm admittantur Traditiones, quas Eccleſia approbat, & declarat, penes quam eſt nobis proponere, quæ ſit Traditio Divina, & Apoſtolica, ejúsque ſenſus; ſicut penes ipſam eſt declarare, quænam Scriptura ſit Divina & Apoſtolica, ſenſúsque legitimus. Papias & Irenæus non tam ex Traditione, quàm ex Scriptura ſuos errores hauſerunt; quippe Irenæus illo textu malè intellecto: *Quinquaginta annos nondum habet* Joan. 8. fuit deceptus. Ad 3. Hæretici occultabant ſua dogmata, quia erant mala, & timebant lucem; Catholici verò aliqua occultant, vel quia non omnes intelligunt, vel non omnes ſcire ea neceſſe eſt; ſæpe enim ſufficit, & expedit, ſi noſcantur à ſolis Doctoribus & Prælatis Eccleſiæ. Cæterùm talia ſunt, quæ nec lucem timent, nec publicè prædicari, quia ſanctiſſima ſunt.

Ob. 4. In Scriptura S. reprehenduntur Traditiones: ergo non ſunt admittendæ. Ant. prob. ex varijs textibus, nimirum Iſa. 29. Math. 15. Gal. 1. 1. Petri 1. & Coloſſ. 2. Ubi Paulus ita loquitur: *Videte, ne quis vos decipiat per Philoſophiam & inanem fallaciam ſecundùm traditionem hominum.* Et Iſajas loc. cit. *in vanum colunt me docentes mandata & doctrinas hominum.* 32.

Diſt.

Digitized by Google

Diſt. Ant. Reprobantur Traditiones omnes. N. Ant. Traditiones merè humanæ, item traditiones vanæ Phariſæorum, aut Gentilium, quæ erant contra Scripturam, mandata Dei, & fidem Chriſtianam. C. Ant. & N. Conſ. Poſteriores traditiones & purè humanas nos non defendimus, ſed Divinas, Apoſtolicas, & Eccleſiaſticas, quæ minimè repugnant Scripturæ, aut fidei Chriſtianæ, ſed ab illa approbantur, eámque iuvant plurimùm: nec ullo modo ſunt mandata & doctrinæ hominum. Cæterùm ſicut doctrina publica Judæorum nullam falſam Scripturam recepit, ita neque ullam Traditionem falſam ut Canonicam. Quas Chriſtus in Evangelio meritò reprehendit, non erant traditiones, quas Synagoga, aut Summus Pontifex ex cathedra docebat, ſed introductæ erant à privatis Doctoribus & Phariſæis.

83. Dices 1. Paulus 2. Tim. 3. ait: *Omnis Scriptura, divinitus inſpirata, utilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in juſtitia: ut perfectus ſit homo Dei, ad omne opus bonum inſtructus*: ergo omnis Scriptura, ſaltem collectivè ſumpta, eſt ſufficiens, & ſupervacaneæ ſunt Traditiones. 2. In Evangelio S. Joannis cap. 20. dicitur: *Multa quidem & alia ſigna fecit JESUS &c. Hæc autem ſcripta ſunt, ut credatis, quia JESUS eſt Filius Dei, & ut credentes vitam habeatis*: Ergo quæ ad ſalutem requiruntur, & ſufficiunt, ſcripta ſunt. ℞. Ad 1. C. Ant. N. Conſ. quæ videtur ſimilis eſſe huic:

Omnia

Digitized by Google

Omnis cibus eſt utilis ad nutriendum, conſervandum, & confortandum corpus: ergo cibus eſt ſufficiens ad nutriendum, & potus eſt ſupervacaneus. Multa ſunt utilia ad ſalutem; non tamen ſufficiunt, aut propterea cætera ſunt ſupervacanea: ſic utilis eſt Eleemoſyna, non tamen propterea oratio, vel Sacramenta ſunt ſupervacanea: ſic utilis eſt Scriptura Veteris Teſtamenti, non tamen propterea eſt ſufficiens, ſed requiritur etiam Scriptura Novi Teſtamenti: ergo licèt omnis Scriptura ſit utilis, poteſt tamen adhuc requiri Traditio, quæ per hunc textum minimè negatur. Hoc loco affirmatur quidem Scripturarum utilitas, non tamen propterea negatur Traditionum neceſſitas. Ad 2. S. Joannes tantùm loquitur de ſignis & miraculis Chriſti à ſe relatis, quæ ait ſufficere ad perſuadendum hominibus, ut credant, Chriſtum eſſe Dei Filium &c. Minimè autem dicit, hæc ſola ſufficere ad ſalutem obtinendam. Neque intelligendus eſt S. Joannes de omnibus Fidei dogmatis, & de tota Scriptura, quaſi omnia dogmata in Scriptura eſſent contenta ſpeciatim, multò minùs quòd omnia contineantur in hoc Cap. 20.

Dices 2. Idem S. Paulus Gal. 1. ait: *Si quis vobis evangelizaverit præter id, quod accepiſtis, anathema ſit*: ergo nihil credendum, niſi ſcriptum ſit. ℞. N. Conſ. Apoſtolus enim loquitur de Verbo tam ſcripto quàm tradito, præter quod utique nullum aliud admitti debet; τὸ 34.

enim

Digitized by Google

enim *evangelizavimus* abſtrahit à doctrina ſcripta, & non ſcripta. Deinde Apoſtolus tantùm dicit ibi Anathema contra falſos Doctores, qui docebant, præter fidem in Chriſtum requiri etiam Circumciſionem, & obſervationem Legum Moſaicarum. Præterea τὸ *præter* ibi ſumitur pro *contra*; nam Græcum παρὰ utrumque ſignificat, & tam apud ſacros, quàm apud prophanos Auctores uſurpatur pro *contra*. Denique viderint ipſi Adverſarii, quomodo evadant fulmen S. Pauli, quia evangelizant aliquid præter id, quod Apoſtolus evangelizavit; oppugnant enim Traditiones, quas Apoſtolus admiſit, dicens: *tenete Traditiones*. 2. Theſſ. 2.

§5. Dices 3. Deut. 4. Præcipitur: *Non addetis ad verbum, quod vobis loquor, nec auferetis ex eo.* Item Apoc. 22. v. 18. legitur: *Conteſtor omni audienti verba Prophetiæ libri hujus; ſi quis appoſuerit ad hæc, apponet Deus ſuper illum plagas ſcriptas in libro iſto, & ſiquis diminuerit de verbis* &c. *Auferet Deus partem eius de libro vitæ*: ergo Scripturæ S. non debet ſuperaddi aliud Verbum Dei. ℟. 1. generatim, per hos & ſimiles textus nihil aliud probari, quàm libros S. Scripturæ non eſſe corrumpendos aliquid addendo, vel demendo, ſed relinquendos, prout ſcripti ſunt à ſuis Auctoribus. Notent ſibi hoc Lutherani, qui Duce Luthero non ſolùm hinc indè aliqua addiderunt, vel ademerunt libris Canonicis, adeóque non ſolùm illos vitiârunt, ſed etiam integros libros ex Canone expunxerunt. ℟. 2.

Spe-

Digitized by Google

Speciatim. Ad primum textum: illa verba, *non addetis, nec auferetis* &c. habere hunc duplicem ſenſum, ſcilicet ut nihil immutetur in libris Canonicis, & omnia, quæ præcipiuntur in ijs, integrè obſerventur: minimè autem excluditur aliud Verbum Dei; aliàs malè feciſſent ipſímet Apoſtoli, aliíque Scriptores Canonici, qui poſt Moyſem ſcripſerunt, & ſic integros libros addiderunt libris Moyſis. Accedit, quòd ibi Moyſes loquatur ſolùm ad Judæos, non ad Chriſtianos; aut ſi velitis extendere etiam ad Chriſtianos, debebitis obſervare omnia præcepta Moſaica, circumcîdi &c. Cur enim vobis liceat aliquid *auferre*, nimirum Circumciſionem & leges Ceremoniales, non autem aliquid *addere?* Ad ſecundum Textum eſt eadem reſponſio, nam ſolùm illa additio prohibetur, vel diminutio, quæ vitiat & corrumpit Propheriam Apocalypticam; quod Catholici non faciunt admittendo Traditiones præter illam, ſicut vos per hoc non corrumpitis, quòd præter illam admittatis nobiſcum alios libros Canonicos.

Dices 4. Deut. 12. Dicit Deus: *Quod tibi præcipio, hoc tantùm facito: nec addas quidquam, nec minuas*: ergo Scripturis non ſuperaddendæ Traditiones, & irrita ſunt omnia præcepta humana. ℟. 1. C. Ant. N. Conſ. quæ ſi vera eſſet, tunc malè egiſſent Apoſtoli, dum Act. 15. præceperunt abſtinentiam à ſanguine, & ſuffocato: malè fecit Paulus, qui prohibuit bigamos ordinari, & alia dedit præcepta præter mandata 36.

Dei

Dei & Chriſti; ipsémet enim 1. Cor. 7. diſtinguit inter præcepta Chriſti & ſua: item malè faciunt Magiſtratus omnes, etiam hæreticorum, qui condunt leges humanas ad conſervandam pacem, & juſtitiam in Republica; quia textus illimitatè loquitur, nec *addi quidquam* vult, ſive deinde illud ſcriptum ſit, ſive non ſcriptum, ſive ab Apoſtolo, ſive ab homine privato additum. Itaque Textus tantùm vult, ut nihil addatur *rei præceptæ*, ſed ut perfectè impleatur, & non vult, ut nihil addatur *ipſi præcepto*, ſive ut nullum aliud præceptum fiat. Hinc R. 2. Ibi non eſt ſermo de omnibus hominum actionibus, ſed ſolùm de Sacrificijs, quæ Deus nec alia, nec alio modo ſibi offerri vult, quàm quæ & quo modo ipſe præſcribit: ſic non vult ſibi offerri filios, & filias per ignem more Gentilium; ſed ex animalibus oves, capras, hœdos, boves, vitulos, columbas, paſſeres, turtures: ex fructibus terræ panem, ſimilam, ſalem, thus, manipulum ſpicarum virentium, & triticum; ex liquoribus ſanguinem, vinum, oleum, aquam; ut patet ex antecedentibus illum textum. Hìc etiam advertere iuvat, quòd, licèt Judæi habuerint Scripturam, pleraque tamen crediderint per Traditionem etiam ex ijs, quæ ſcripta erant, partim quia illo tempore Scriptura nondum erat redacta in formam integri voluminis, ſed erat diſperſa in varijs chartis, ut commodè à quolibet legi nequiverit, partim quia liber Deuteron. qui erat præcipuus, non habebatur à populo,

ſed

Digitized by Google

ſed unum exemplar à Rege, alterum à Sacerdotibus cuſtodiebatur in Arca Domini, à quibus ſeptimo quoque anno, ſcilicet anno Remiſſionis, debebat prælegi Populo. Ex quo etiam colliges, quàm ineptè urgeant Lutherani neceſſitatem legendi Scripturas etiam inter homines privatos & rudes.

Ob. 5. Patres rejiciunt Traditiones: ergo 37.
etiam à nobis debent rejici. Ant. prob. Patres paſſim docent, omnia fidei dogmata, & morum præcepta contineri in Scripturis, & extra has nihil recipiendum. Sic Chryſoſt. in c. 2. Matthæi ait: *Quidquid quæritur ad ſalutem, totum jam impletum eſt in Scripturis.* Athanaſius: *Sufficiunt Sanctæ & divinitus inſpiratæ Scripturæ ad inſtructionem Veritatis.* Auguſtinus l. 2. Doct. Chriſt. c. 9. *In his, quæ apertè poſita ſunt in Scriptura, inveniuntur illa omnia, quæ continent fidem, moréſque vivendi.* Irenæus l. 3. c. 1. dicit, *Apoſtolos per Dei voluntatem in Scripturis nobis tradidiſſe, quæ antè prædicaverant.* Theophilus l. 2. de Paſchali: *Diabolici Spiritûs eſt, aliquid extra Scripturarum SS. auctoritatem putare Divinum*: ergo.

Ad ſolvenda hæc & alia omnia SS. PP. di- 38.
cta, quæ contra Traditiones afferri poſſunt, valde prodeſt obſervare ſequentia. 1. Si PP. videantur aſſerere, omnia, quæ ad fidem & mores pertinent, contineri in Scriptura, tunc vel intelligendi ſunt, quòd omnia contineantur generatim, confusè, mediatè, & conſecutivè, qua-

Digitized by Google

tenus nimirum Scriptura approbat Traditiones, & nos ad Eccleſiam audiendam hortatur; non autem particulatim, explicitè, & immediatè: & ſic omnia probari poſſunt ex Scriptura, generatim approbante omnia, quæ proponuntur ab Eccleſia. 2. Vel intelligendi ſunt ſolùm de ijs rebus, de quibus ipſis erat controverſia cum hæreticis. 3. Vel argumentantur ſolùm ad hominem, ſcilicet contra hæreticos, qui nihil niſi Scripturam admittere volebant, quos propterea etiam ex Scriptura ſola convincere nitebantur. 4. Vel loquuutur de Scriptura ritè intellecta; ritè autem intelligi non poteſt ſine auctoritate, & traditione Eccleſiæ. 5. Vel intelligendi ſunt, quòd ſolùm *contra* Scripturam (non *præter* vel *extra* Scripturam) nihil admitti debeat. 6. Vel loquuntur obſcuriùs: quod ſi fiat, debent explicari juxta textus clariores, quibus manifeſtè admittunt & propugnant Traditiones; nam textus, quibus approbant Traditiones, plerumque ſunt clariores ijs, quibus videntur ſtare pro ſola Scriptura. Sic S. Auguſtinus in ep. 118. loquitur clariſſimè: *Illa autem, quæ non ſcripta, ſed tradita cuſtodimus, quæ quidem toto terrarum orbe obſervantur, dantur intelligi vel ab ipſis Apoſtolis, vel à plenarijs Concilijs, quorum eſt in Eccleſia ſaluberrima auctoritas, commendata, atque ſtatuta retineri.* & l. 10. de Geneſi ad litteram c. 23. *Conſuetudo Matris Eccleſiæ in baptizandis parvulis nequaquam ſpernenda, neque ullo modo ſuperflua deputanda, nec omnino credenda eſt,*

Digitized by Google

eſt, niſi Apoſtolica eſſet traditio. Similia habent unanimi conſenſu cæteri PP. Græci & Latini, Dionyſius Areopagyta, Ignatius M. Juſtinus, Irenæus, Tertullianus, Cyprianus, Ambroſius, Hieronymus &c. de quibus vide Bellarm. de Verbo Dei l. 4. c. 7. Coccium, & alios.

℞. Nunc ad objectionem N. Ant. Ad prob. explico SS. PP. dicta. S. Chryſoſt. loquitur de vitijs, ad quæ ſananda aſſerit in Scripturis inveniri remedia. S. Athanaſius non loquitur de omnibus dogmatis, ſed de duobus tantùm, de quibus nempe ſcribit ad Macarium. S. Auguſt. nihil vult aliud, quàm illa, quæ debent explicitè credi, ac neceſſariò obſervari ad conſequendam ſalutem, omnia inveniri in Scripturis: at non dicit, inveniri clarè, & ſine interpretatione Eccleſiæ. S. Irenæus ſolùm vult, Apoſtolos omnia tradidiſſe in Scripturis generaliter & confusè, non ſpecialiter, diſtinctè, & particulatim. Theophilus ſolùm excludit libros Apocryphos, quos aliqui pro Divinis jactabant.

Ob. 6. Brentius, Kemnitius, Molinæus, & cum his alij tum Lutherani tum Calviniſtæ traditionem aliquam admittunt, nempe illam, per quam conſtat quoad nos, quòd hi determinati libri ſint Canonici & incorrupti, quòd Evangelium S. Matthæi ſit verum Dei Verbum, non verò Evangelium S. Bartholomæi: ergo falsò imputamus Sectarijs, quòd repudient Traditiones, ſeu Verbum Dei traditum. ℞. 1. tranſ. Ant. N. Conſ. licèt enim hanc traditionem admit- 39.

Digitized by Google

tant, bene tamen arguuntur, quòd cæteras repudient, & cum ſuis delirent, aſſerendo omnia, quæ neceſſariò credenda & facienda ſunt, particulatim in Scripturis eſſe expreſſa. ℞. 2. Admiſsâ ſemel unicâ traditione, quam habemus ab Eccleſia, non ampliùs prudenter negari poſſunt reliquæ, quas ab eadem Eccleſia diſcimus; ſi enim Eccleſia eſt infallibilis in conſervanda & proponenda una traditione, non ampliùs eſt ratio, cur non etiam infallibilis ſit in conſervandis & proponendis reliquis. Cur, quæſo, hi Sectarij credendum judicant Eccleſiæ proponenti Evangelium, non autem proponenti verum Evangelij ſenſum? Certè Lutherus to. 7. f. 562. German. agnoſcit Eccleſiam eſſe infallibilem in omnibus, dum ita ſcribit: *Eccleſia nec debet, nec poteſt mentiri, nec errores docere, ne in minimis quidem; cùm Deus ſit os Eccleſiæ, & Deus mentiri non poſſit, ſic etiam Eccleſia nequit.* En teſtimonium Veritatis ab Architecto errorum & protoparente ac Magiſtro veſtro! cur non ſequimini eum? Luthere, ſi Eccleſia errare nequit vel in minimis: ergo nec erravit, quando te & Calvinum ut hæreticos damnavit. ℞. 3. Si aliqua admittitur traditio, jam ruit fundamentum Sectariorum, nullum Dei Verbum niſi ſcriptum admittentium: & ſic receditur à reliquorum Lutheranorum & Calviniſtarum primo principio, quo dicunt, nihil credendum, niſi in Scriptura explicitè vel implicitè contentum.

40. Dices. Sicut aliqui ex Lutheranis admittunt

Digitized by Google

tunt aliquas traditiones, ita ex Catholicis quidam admittunt, aliqua contineri ſaltẽ implicitè in Scripturis, quæ tamen ab alijs Catholicis probantur ex traditionibus; & tamen non recedere putantur à ſuis: ergo nec iſti Lutherani, qui aliquas traditiones admittunt, recedunt à ſuis. Ant. prob. Multi Papiſtæ fatentur, baptiſmum parvulorum poſſe probari ex Scriptura S. v. g. ex illo Jo. 3. *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu S. non poteſt introire in Regnum Dei*: ſed hoc alij negant: ergo. ℟. Diſt. Ant. Admittunt contineri in Scripturis, legitimè intellectis, & in vero ſenſu acceptis, de quo tamen ſenſu conſtare non poteſt, niſi ex traditione & auctoritate Eccleſiæ C. Ant. ſine tali interpretatione, quæ haberi debet ab Eccleſia, ſeu Verbo Dei non ſcripto. N. Ant. & Conſ. Omnia ferè probari poſſunt ex Scriptura ritè intellecta: atqui ritè intelligi non poteſt ſine traditione & auctoritate Eccleſiæ, ut art. 5. oſtendetur. Qui probant baptiſmum parvulorum ex illo textu, non aliter probant, niſi dependenter ab auctoritate Eccleſiæ illum textum ſic interpretantis. Si hanc Lutherani velint agnoſcere, facilè conveniemus, & erimus amici.

Digitized by Google

ARTICULUS II.

Lutherani errant in recipiendo & diſcernendo Verbo Dei ſcripto.

SUMMARIUM.

1. Certa eſſe debent hæc tria. 1. Dari Scripturam aliquam ſacram. 2. Et quidem hanc determinatam. 3. Eámque eſſe incorruptam.
2. Hæc tria non ſunt per ſe nota. Igitur probari debent.
3. Quæ probatio moleſtiſſima accidit Sectarijs.
4. Quinam libri vocentur Canonici, & quinam Apocryphi?
5. Enumerantur omnes libri Canonici Catholicorũ.
6. Ex quibus aliquos expunxit Lutherus, & hodiedum expungunt Lutherani.
7. Editiones SS. Bibliorum, quibus originaliter ſcripta ſunt, ſunt tres, Hebraica, Græca, & Latina. Verſiones autem ſunt plures.
8. Inter has eminet Verſio Latina, quæ dicitur Vulgata. Eſtque authentica: non verò Verſiones Vulgares.
9. Lutherani errant, dum indubitatè recipiunt aliquam Scripturam pro Verbo Dei, & quidem determinatam.
10. Quia recipiunt ſine motivo ſufficienti.
11. Non enim conſtat veritas Scripturæ ex ipſa Scriptura.
12. Neque ex quibuſdam critirijs ex parte Scripturæ ſe tenentibus.

13. Ne-

Digitized by Google

13. *Neque ex interni Spiritûs teſtimonio.*

14. *Neque ex Scriptura, critirijs, & Spiritu interno ſimul ſumptis.*

15. *Neque per ſe eſt evidens, quòd & quænam ſit Scriptura Divina.*

16. *Errant pariter Lutherani, dum aliquos libros expungunt è Canone, qui tamen verè Canonici ſunt.*

17. *Quia ſic contradicunt Eccleſiæ Univerſali & Primitivæ.*

18. *Quia ſine ullo fundamento ſolido ac certo expungunt.*

19. *Errant item, dum recipiunt Verſionem Bibliorum à Luthero factam; quia Lutherus fuit homo privatus & perfidus.*

20. *Quia ſine fundamento certo ac infallibili recipiunt pro infallibiliter legitima.*

21. *Unde Catholicis infallibiliter conſtet, an & quænam Scriptura ſit Divina?*

22. *In magnas hæc materia anguſtias redigit Sectarios.*

23. *Dicunt quidem, non diſputandum* de Scriptura, *ſed* ex Scriptura. *Item hanc quæſtionem eſſe curioſam, ineptam, indignam &c. ſed ineptè.*

24. *Rurſus dicunt, Biblia ſufficienter probari ex interno teſtimonio Spiritûs S. ex critirijs internis & externis, & aliqualiter etiam ex teſtificatione Eccleſiæ.*

25. 26. 27. *Sed miſera hæc effugia jam ſunt præcluſa.*

28. *Male ponunt teſtimonium Eccleſiæ ultimo loco, & pro non neceſſario habent.*

29. *Scriptura ſola, antequam de illa conſtet teſtimonio Eccleſiæ, non eſt regula noſtræ fidei.*

30. *Neque tamen propterea ſuam auctoritatem obtinet ab Eccleſia, niſi ſolùm in ordine ad nos.*

31. *Malè objiciunt nobis circulum vitioſum.*

32. *Alia prorſus vana effugia.*

33. *Nec viam inveniunt elabendi in Scripturæ textibus.*

34. *Irrito conatu impugnant libros Tobiæ, Judith, Sapientiæ, Eccleſiaſtici, Baruch. 1. & 2. Machabæorum, quos è Canone remotos volunt.*

35. 36. 37. 38. 39. *Eoſdem fruſtra impugnant ex Canone Judæorum, Patribus, antiqua Eccleſia &c.*

40. 41. *Verſionem Lutheri imperitè præferunt* Vulgatæ, *quam dicunt erroribus corruptam.*

1. SCiendum 1. Lutheranos, quia omnia probanda eſſe contendunt ex Verbo Dei ſcripto, ſeu ex Scriptura Sacra, quæcunque credere oportet & facere in ordine ad obtinendam ſalutem, neceſſariò debere eſſe certos 1. Quòd detur aliqua Scriptura Sacra, quæ ſit Verbum Dei. 2. Quænam ſit illa Scriptura, ſeu quibus libris illa comprehendatur. 3. Quænam ſit legitima & incorrupta illius editio. 4. Quinam ſit verus illius ſenſus. Si enim de his quatuor punctis non ſint certi infallibiliter, nihil certi ex Scri-

ptura

Digitized by Google

ptura S. probare poſſunt; conſequenter nullam habebunt fidem, ſed meram opinionem: quomodo enim firmiter quis credat id, quod eſt in Scriptura, vel indè deducitur, ſi adhuc dubium ſit, an Scriptura, & quidem hæc, propter quam credit, ſit Verbum Dei, incorruptum, & ritè intellectum? Igitur de his 4. rebus Lutherani debent eſſe certi; aut, ſi certi non ſint, & nihilominus firmiter acceptent certos libros pro Verbo Dei, alios excludant, certam eorum editionem & verſionem admittant, aliam verò repudient (de ſenſu & intelligentia horum librorum diſſeremus articulo III.) evidenter errant in acceptando & diſcernendo Verbo Dei ſcripto. Itaque ſcopus hujus articuli erit demonſtrare, quòd Lutherani nullo modo ſint certi 1. Quòd detur aliqua Scriptura, quæ ſit Verbum Dei. 2. Quòd illi libri ſint Verbum Dei, quos ipſi habent pro Verbo Dei, excluſis alijs. 3. Quòd verſio Lutheri ſit legitima, & melior quàm Biblia Vulgatæ Editionis.

Sciendum 2. Memorata tria puncta minimè eſſe per ſe nota. Non 1. quia non ſolùm à Gentilibus, ſed etiam à quibusdam Chriſtianis fuit negatum, quòd detur aliqua Scriptura Divina; imò ante Moyſem fuit vera Religio, & quidem ſupernaturalis, & tamen omnium confeſſione tunc nulla dabatur Scriptura S. Non 2. & 3. Quia negantur à longè pluribus, quàm affirmantur. Quod autem per ſe notum eſt, à pleriſque negari nec poteſt nec ſolet. Adeóque 2.

Lutherani hæc tria probare tenentur, & quidem argumento aliquo certo & infallibili, quod ipſis ſemper fuit, eritque deinceps impoſſibile, ut oſtendemus. Quamdiu verò Lutherani iſta non probaverint, hærent & errant in primis principijs Fidei, nec poſſunt ad alias controverſias circa Religionem nobiſcum ventilandas progredi, dum ſemper ipſis negabitur ſuppoſitum, nempe Scriptura, Liber, Textus, & Textuum ſenſus, quia Scripturam, textus, ſenſum &c. ſolummodo poſſident conjecturâ humanâ, non auctoritate Divinâ, & certitudine infallibili, quam tamen ineſſe neceſſe eſt principijs primis & motivo formali fidei; aliàs enim imprudenter elicitur aſſenſus firmiſſimus. Unde

8. Sciendum 3. Sectarijs moleſtiſſimum eſſe reſpondere ad has quæſtiones: unde certò & infallibiliter cognoſcant ſine auctoritate & traditione Eccleſiæ. 1. Dari aliquos libros, Deo dictante conſcriptos, qui ſint Verbum Dei? 2. Quinam ſint illi libri, an quatuor Evangelia, an Pentateuchus ſeu quinque Libri Moyſis, ſcilicet Geneſis, Exodus &c. An non etiam liber Judith, Tobiæ &c. an non etiam Evangelia, quæ olim circumferebantur à quibusdam inter libros S. Scripturæ, S. Bartholomæo, Nicodemo, & Barnabæ attributa? 3. An iſti libri, quos habent pro vera Scriptura S. non ſint corrupti vel à Judæis, vel à Papiſtis, quos alijs erroribus plurimis contendunt ſucceſſivè infectos fuiſſe, & à quibus ipſi SS. Litteras acceperunt; imò etiamſi

Digitized by Google

etiamſi non fuiſſent corrupti à Judæorum vel Papiſtarum ſeu malitia ſeu ignorantia,& infirmitate deſcribentium (cùm typus nondum fuerit inventus ante ſæculum Chriſti XV. ſcilicet circa annum 1440.) quis eos certos reddat, non fuiſſe vitiatos ab ipſo Luthero, qui vertit in linguam Germanicam? Eadem quæſtio redibit Art. ſequenti, quomodo poſſint eſſe certi ſine publica Eccleſiæ auctoritate, ſeu ſine Verbo Dei non ſcripto ab Eccleſia propoſito, de vero & legitimo ſenſu librorum, quos habent pro Divinis? Iſthæ, inquam, quæſtiones peſſimè habent Sectarios, non tantùm Lutheranos, ſed etiam Calviniſtas, Zwinglianos, & omnes alios, quicunque Eccleſiæ Catholicæ auctoritatem, & infallibilem ac viſibilem omnium controverſiarum, quæ circa Religionem oriri poſſunt & ſolent, Judicem Chriſti vicarium, ac ab eodem conſtitutum, perfidè repudiant; unde in omnem partem ſe verſantes ubique rimas quærunt, effugia tentant, imò dexterrimè aliqui diſſimulant has difficultates, ne labyrintho, ex quo vident omnem ſibi exitum eſſe interclusum, captivi conſtringantur. Cùm tamē,niſi intellectus circa has quæſtiones certus ſit, fruſtra progrediantur ad alias controverſias nos inter & ipſos agitatas, utpote quas decîdi volunt ex ſolo Verbo Dei ſcripto,tanquā norma unica & ſimul Judice controverſiarū; ſi enim de Scriptura adhuc lis eſt,neque de hac unquam certò conſtare poteſt ſine Verbo Dei non ſcripto, quod proponit Eccleſia, ſemper

Digitized by Google

per hæretur in fundamento, & erratur in primis principiis.

4. Sciendum 4. Libros Biblicos, ſeu illos, qui vel nunc vel ſaltem olim circumferebantur pro Biblijs ſacris ſive pro Scriptura, dividi in *Canonicos* & *Apocryphos*. *Canonici* ſunt, qui verè ſunt Divini & Deo inſpirante conſcripti, atque propterea ſunt norma & regula infallibilis noſtræ fidei & morum; nam *Canon* vox Græca latinè ſignificat idem ac *Regula*, unde regulæ vocari etiam ſolent Canones: cùm verò vox Græca *Canon* latinè ſignificet etiam idem, ac *Catalogus* vel *Numerus*, etiam ex hoc capite libri verè Divini poſſunt dici *Canonici*, & hinc omnes libri, inter Divinos relati, collectivè ſumpti, vocari conſueverunt *Canon*. Sic dicimus: hic vel ille liber non eſt *in Canone*, hoc eſt, non eſt inter Divinos relatus. Dico *relatus*; nam poſſunt aliqui libri eſſe Canonici *ſecundùm ſe*, quin tamen ſemper ſint Canonici *quoad nos*, ſive canonizati, ſeu relati inter Divinos: ſicut aliud eſt eſſe *Sanctum*, & aliud eſt eſſe *canonizatum*. Quòd aliquis liber ſit Canonicus *ſecundùm ſe*, habetur à ſolo Deo illum dictante vel inſpirante: quòd autem ſit Canonicus *quoad nos*, hoc eſt, nobis ſufficienter cognitus, non habetur à Deo dictante vel inſpirante, ſed nobis loquente ac teſtificante alijs modis, ſcilicet per os Eccleſiæ, utì dicemus. Porro libri Canonici dividuntur in *Protocanonicos*, & *Deutero-Canonicos*. Illi ſunt, de quibus apud Catholicos nunquam fuit du-

Digitized by Google

dubium, an ſint Divini nec ne, quales ſunt libri Moyſis. quatuor Evangelia &c. Iſti verò, de quibus aliquando dubitabatur à quibusdam Patribus, ſcilicet antequam ab Eccleſia ſibi ſatis fuerint propoſiti & declarati pro libris Divinis, quales ſunt libri Eſther, Baruch, Tobiæ, Judith &c.

Apocryphi hoc loco dicuntur, qui, licèt à quibusdam Patribus aliquando habiti ſint pro Divinis, publico tamen Eccleſiæ judicio nunquam pro talibus declarati & acceptati ſunt: tales ſunt hodiedum Oratio Regis Manaſſæ, Pſalmus 151. appendix libri Job, liber Hermetis (qui inſcribitur *Paſtor*) liber III. & IV. Esdræ, liber III. & IV. Machabæorum; qui, etiamſi in Codice Biblico Græco vel Latino contineantur, tamen inter Canonicos recepti non ſunt, & ideo infallibilem auctoritatem ſaltem quoad nos non habent. Apocryphi autem juxta etymologiam Græcam appellantur, quia adhuc ſunt quaſi *abſconditi* & *occultati* (quod illa vox ſignificat) In alio ſenſu illi libri dicuntur etiam Apocryphi, qui errores continent admixtos.

Sciendum 5. Libros Canonicos ab Eccleſia Catholica declaratos tanquam Divinos eſſe numero 72. ſcilicet veteris Teſtamenti 45. Novi autem 27. Et ſunt ſequentes. 5.

Veteris Teſtamenti.

Geneſis.	Numeri.
Exodus.	Deuteronomium.
Leviticus.	

Qui 5. Libri Moyſis vocantur PENTATEUCHUS.

Jo-

Joſue. Ruth.
Judices. Quatuor Regum.

Ex 4. libris Regum primos duos Lutherani vocant libros Samuelis.

Duo Paralipomenon. Duo Esdræ.

Secundus Esdræ à Lutheranis vocatur Nehemias.

Tobias.	Sapientia
Judith.	Eccleſiaſticus.
Eſther.	*Seu JESUS Syrach.*
Job.	QuatuorProphetæ Maj. cũ Baruch.
Pſalterium.	Duodecim Prophetæ Minores.
Proverbia.	DuoLibriMachab.
Eccleſiaſtes.	
Cantica.	

Quatuor Majores Prophetæ ſunt *Iſajas, Jeremias, Ezechiel, Daniel.* Prophetæ Minores *Oſeas, Joël, Amos, Abdias, Jonas, Micheas, Nahum, Habacuc, Sophonias, Aggæus, Zacharias, Malachias.*

Novi Teſtamenti.

Quatuor Evangelia. *Matthæi, Marci, Lucæ, & Joannis.*	Epiſtolæ tres S. Joannis.
Actus Apoſtolorum.	Epiſtolæ duæ S. Petri.
Epiſtolæ quatuordecim S. Pauli.	Epiſt. S. Jacobi.
	Epiſt. S. Judæ.
	Apocalypſis.

Quatuordecim Epiſtolæ Sancti Pauli ſunt ſequentes: 1. Ad Romanos. 2. Ad Corinthios. 1. Ad Galatas. 1. Ad Epheſios. 1. Ad Philippenſes. 1. Ad Coloſſenſes. 2. Ad Theſſalonicen-

cenſes. 2. Ad Timotheum. 1. Ad Titum. 1. Ad Philemonem. 1. Ad Hebræos.

Habetur autem hic Canon ſeu Catalogus librorum Canonicorum ex Conc. Trid. Seſſ. 4. Patres verò Tridentini per traditionem acceperunt à Conc. Florentino ſub Eugenio Papa: Florentinum accepit à Romano ſub Papa Gelaſio: Gelaſius ab Auguſtino, Auguſtinus à Conc. Carthaginenſi III. (quod alij V. alij VI. appellant) Demum Patres hujus Concilij acceperunt ab Innocentio I. Papa ex ep. 3. ad Exuperium, qui Innocentius vixit ſub annum Chriſti 402. eundem Canonem à primitiva Eccleſia & Apoſtolorum temporibus per continuam traditionem nactus. Verùm quia hæc traditio magnis perſecutionibus Imperatorum, nequitiâ hæreſum, & temporum viciſſitudine in quibusdam locis interciderat, nec ubique ampliùs de illa perfectè conſtabat, factum eſt, ut de quibusdam horum librorum variæ opiniones exortæ ſint; & ideo Eccleſia neceſſarium duxit, hunc Canonem ſæpius declarare, uti videre eſt in cit. ep. 3. Innocentij ad Exuperium, & in Conc. Carthag. apud Baronium &c.

Sciendum 6. Lutherum per inauditam temeritatem ſummámque proterviam ex recitato Canone expunxiſſe tum integros libros, tum partes librorum. Ex antiquo Teſtamento expunxit libros *Tobiæ, Judith, Sapientiæ, Eccleſiaſtici, Machabæorum* (quod etiam auſus eſt poſtea Calvinus) item *hymnum trium puerorum, Hiſto-* 6.

riam

riam Beli & Draconis, *Hiſtoriam Suſannæ*, quæ ſunt additamenta ad Eſther & Danielem, ac librum *Baruch*, cum epiſtola Jeremiæ, qui eſt additamentum ad Jeremiam. Ex novo autem Teſtamento *Epiſtolam ad Hebræos*, *Epiſtolam Jacobi*, *Epiſtolam Judæ*, *& Apocalypſim Joannis*. Imò inſolens Bibliomaſtix ſcurriliter etiam jocari auſus eſt circa prædictos libros; quippe libros Tobiæ & Judith habuit *pro figmento Comico*, Epiſtolam Jacobi vocavit *ſtramineam*, Judæ *ſuperfluam & inutilem*, Apocalypſim comparavit cum IV. Eſdræ, quem *fabulis Æſopi* æquat, Auctorem verò Eccleſiaſtis ſibi videri ajebat in ſerm. Conviv. *ocreis & calcaribus deſtitutum equitare tantùm in ſoccis*, quemadmodum ipſe fuiſſet ſolitus, cùm adhuc eſſet in cœnobio. Sed ejuſmodi impiæ criſes in poſterioribus Bibliorum editionibus omiſſæ ſunt à Lutheranis, temeritatem ſui Magiſtri hominum oculis ſubtrahere cupientibus; ipſéque Gerardus Loco 1. n. 279. f. 291. in fine expreſſè fatetur, in poſterioribus Bibliorum editionibus verba illa, quibus Epiſtolam S. Jacobi vocat *ſtramineam*, eſſe omiſſa. Modeſtiores hac in parte nunc ſunt Lutherani Luthero, qui imprimis circa libros antiqui Teſtamenti, quos Lutherus rejecit, dicunt, eos quidem in Eccleſia legi poſſe, utpote utiles ad inſtruendos mores, non verò tanquam libros Divina auctoritate præditos ad ea, quæ fidei ſunt, addiſcenda. Libros V. Novi Teſtamenti, quos Lutherus rejecit propria auctoritate, non

ponunt

Digitized by Google

ponunt inter Apocryphos, ſed inter *Canonicos ſecundi Ordinis*, ut loquitur Jo. Gerardus l. cit. n. 242. f. 253. Canonicos ſecundi Ordinis autem appellat eos, de quorum auctoribus aliquando in Eccleſia fuit à quibusdam dubitatum. Verùm in hoc, ſicut in multis alijs, nec quoad rem, nec quoad modum loquendi concordes ſunt Lutherani. Apocalypſin ſanè plerique videntur recipere inter libros abſolutè Canonicos & Divinos, quia paſſim citant ad confirmandam ſuam doctrinam, & adverſus Catholicos in ſuis libris. Epiſtolam S. Jacobi priùs rejectam iterum in Canonem receperunt quadraginta & aliquot abhinc annis Lutherani Argentoratenſes teſte P. Dez in Unione Proteſt. Argent. Concluſ. 2. An non jure hìc aliquis interroget? Vel erravit Lutherus Magiſter veſter expungendo Apocalypſim & Epiſtolam S. Jacobi, vel non erravit? Si non erravit: ergo vos erratis recipiendo. Si erravit; errorem commiſit graviſſimum & pernicioſiſſimum circa fundamentum & principia fidei. Quidſi etiam in alijs erráſſet? Certè potuit: quomodo ergo vos in reliquis, quæ ab ipſo didiciſtis contra Eccleſiam Catholicam, à qua defecit, poteſtis eſſe certi? Unde? Quæſo unde? Ex interno (diceti utique) veſtro Spiritu, quo quilibet ſibi ſapit. Sed de hoc poſtea plura.

Sciendum 7. Varijs linguis editas & originaliter conſcriptas eſſe SS. Litteras, & in varia idiomata ſucceſſu temporis verſas. *Editiones*, 7.

quibus originaliter & primitus prodierunt in lucem, ſunt tres, ſcilicet Hebraica, Græca, & Latina; quæ tres linguæ etiam propterea vocantur *Sacræ.* Linguâ Hebraicâ originaliter conſcripti ſunt *plerique* libri Veteris Teſtamenti, intellige *purâ*, nam linguâ mixtâ ex Hebraica & Syriaca (quam alij Syriacam, alij Chaldaicam appellant) primitus ſcripti perhibentur Tobias, Judith, Daniel, Esdras ſaltem ex parte. *Linguâ Græcâ* originaliter ſcripti ſunt omnes libri Novi Teſtamenti excepto Evangelio S. Matthæi & Epiſtola ad Hebræos, quæ probabiliter primitus conſcripta ſunt linguâ Syriacâ, ſeu illâ linguâ Hebraicâ, quæ tempore Chriſti & Apoſtolorum erat in uſu, nec ampliùs erat purè Hebraica: item excepto Evangelio S. Marci, quod probabiliter Romæ fuit conſcriptum primitus linguâ Latinâ. *Verſiones* Bibliorum ſunt plures, ex quibus eminet Verſio Græca 70. *Interpretum*, qui numero 72. annis circiter 280. ante Chriſtum natum apud urbem Alexandriam SS. litteras ex Hebræo transferre in Græcum aggreſſi ſunt, & licèt ſeparatis ab invicem cellulis ſinguli habitaverint, abſoluto tamen intra 72. dies opere, & facta collatione deprehenſum eſt, quòd mirabili conſenſu in unam prorſus translationem convenerint, in nulla penitus re diſſentientes, ut adeò PP. communiter ſentiant, id Divino ac Prophetico ſpiritu afflante eveniſſe, nec iſtos Senes Judæos tam fuiſſe Interpretes quàm Vates. Taceo alias Græcas ver-

ſio-

ſiones, Origenis, S. Luciani M. Theodotionis, Aquilæ &c. Quæ tamen vel nunquam fuerunt authenticæ, vel progreſſu temporis ita corruptæ, ut tutum non ſit, latina Biblia nunc ad Græcum Textum (etiam ſeptuaginta Interpretum) emendare, ut oſtendit Bellarminus.

In Eccleſia Latina præ omnibus eminet verſio Latina, quæ communi nomine dici ſolet *Vulgata*, ac probabiliter eſt illa, quæ à S. Auguſtino l. 2. Doctr. Chriſt. c. 15. vocatur *Itala*. Tribuitur hæc Editio vel Verſio *Vulgata* S. Hieronymo; quod verum eſt quoad Vetus Teſtamentum, exceptis libris quibusdam, ſcilicet Sapientiæ, Eccleſiaſtici, Baruch &c. quos arbitrabatur non eſſe Canonicos: Novum verò Teſtamentum non habemus ex verſione S. Hieronymi, ſed ex antiqua ignoti Auctoris, emendata tamen à D. Hieronymo, ut docet Bellarminus. Rurſus Pſalterium antiqui Teſtamenti etiam non eſt Hieronymi, ſed illius incerti juxta verſionem 70. emendatam à S. Luciano. De facto Authentica ſolummodo eſt *Vulgata*, quæ à Concilio Tridentino ſaltem eatenus eſt approbata, ut nihil contineat contra fidem, bonos mores, & originales textus S. Scripturæ, licèt fortè non ab omnibus mendis purgata ſit, quod Eccleſiæ non intereſt. Poſt Vulgatam veniunt verſiones *Vulgares*, per quas nempe Biblia traducta ſunt in aliquam Linguam vulgarem; vulgares autem omnes cenſentur exceptâ Hebraicâ, Græcâ, & Latinâ, utpote linguæ vulgo uſitatæ, uti ſunt 8.

 Hi-

Hiſpanica, Italica, Gallica, & apud nos Germanica; quippe in hanc Sectarij recentiores tranſtulerunt SS. Biblia, præcipuè Lutherus, quam rejectâ Vulgatâ retinent Lutherani noſtri. Dantur tamen etiam & aliæ verſiones Bibliorum Germanicæ, à Catholicis DD. ſcilicet Joanne Eckio, Joanne Dietenbergero, & Caſparo Ulenbergero factæ, & noviſſima Moguntina, quæ tolerantur ab Eccleſia, & omnibus in Germania permittitur eorum lectio; licèt in alijs Regionibus, ubi hæretici non ſunt mixti Catholicis, Bibliorum Vernaculorum lectio jure merito ſit prohibita. His præmiſſis

9. Dico 1. Lutherani errant in recipiendo Verbo Dei ſcripto. Probatur: ille errat, qui aliquid habet pro certo, de quo tamen vi motivi certus eſſe non poteſt: ſed Lutherani recipiunt Verbum Dei ſcriptum pro certo, de quo tamen vi motivi non poſſunt eſſe certi: ergo errant in recipiendo Verbo Dei ſcripto. Ma. eſt clara; ſicut enim errat, qui judicat, aliquid exiſtere, quod tamen non exiſtit; ita haud dubiè etiam errat, qui judicat aliquid certò exiſtere, quod tamen certò exiſtere vi motivi neſcit, propter quod affirmat certò exiſtere; quia intellectus appretiat ſuum aſſenſum ſuper meritum motivi, conſequenter agit imprudenter & errat, cùm imprudens aſſenſus ſit error intellectûs. Itaque

10. Probatur Mi. Ratio & motivum, propter quod Lutherani aliquos libros & quidem determinatos indubitatè recipiant pro Verbo Dei ſcri-

ſcripto, eſt vel ipſa Scriptura S. ſola, vel Scriptura cum quibusdam critirijs ex parte Scripturæ ſe tenentibus, vel iſta ſimul cum Spiritu interno, ſeu arcano Spiritûs S. teſtimonio. Sed nullum ex his motivis ſive ſeorſim ſive ſimul ſumptis poteſt Lutheranos reddere certos, quòd dentur aliqui libri, & quidem hi determinati v. g. quatuor Evangelia, Geneſis &c. qui ſint Verbum Dei ſcriptum: ergo recipiunt Verbum Dei ſcriptum indubitatò & pro certo, cùm tamen vi motivi non poſſint eſſe certi. Ma. Patet ex libris Lutheranorum, in quibus non ſemel & non ſine riſu legi luctam, & varios extremósque conatus, quibus ex decumanis inſolubilis hujus difficultatis, prima ſuæ Sectæ fundamenta convellentis imò ſubruentis, fluctibus emergere fruſtra adlaborant; ſed apud meliores etiam eorum Auctores nihil reperi, quo vel ad ſpeciem poſſent certificari, quòd detur aliquod Verbum Dei ſcriptum, & quidem his determinatis libris contentum, præter hæc tria, ſcilicet ipſam Scripturam, Critiria, & Spiritum interternum. Nullum autem ex his motivis ſufficit (quæ fuit Min. Syllogismi) ut mox oſtendam. 11.

Non ſufficit ſola Scriptura. 1. Quia nullibi in Scriptura S. legitur, quòd hi omnes, & ſinguli libri, quos Lutherani habent pro Canonicis, ſint verè Canonici & Verbum Dei ſcriptum. 2. Quia, etiamſi legeretur, tamen non certò conſtaret, an non à quodam perverſo homine eſſet additum; neque conſtaret, an non aliquot

capita, aliquæ ſententiæ vel omiſſæ vdl adjectæ fuiſſent nequiter; item ſi ſufficeret ad hoc, ut liber aliquis eſſet Canonicus & Verbum Dei, ſi dicat ſe eſſe Verbum Dei, tunc Alcoranus Turcarum eſſet liber Canonicus & Verbum Dei, quia dicit ſe eſſe Verbum Dei. 3. Quia de ipſa Scriptura eſt quæſtio, an ſit Divina vel non: ergo non ex ipſa Scriptura, ſed aliunde id probari debet; aliàs jam ſupponitur, quod primùm debet probari; quia ſupponitur dari aliquos libros, & quidem determinatos, qui ſint Verbum Dei infallibile, de quo tamen quæritur. Neque dicas, etiamſi non explicitè exprimatur in Scriptura S. quòd, & quodnam ſit Verbum Dei ſcriptum, tamen haberi *implicitè*, hoc eſt, indè poſſe legitimè inferri propter certa critiria & indicia. Sed contrà.

12. Nec ſufficiunt illa critiria ac indicia, quæ ſe tenent in ipſa Scriptura ſacra, & referuntur à Gerardo L. 1. n. 36. f. 54. & ab Hunnio in Colloq. Ratisbon. Seſſ. 10. ut Lutheranis certò conſtet, quòd detur aliquod Verbum Dei ſcriptum, & quodnam illud ſit. 1. Quia iſta critiria (quæ ſunt 1. antiquitas & mirabilis conſervatio Bibliorum inter tot caſus & Tyrannos. 2. Miracula in confirmationem Bibliorum facta. 3. Eventus earum rerum, quæ in Biblijs prædicebantur. 4. Sanctitas & Majeſtas rerum, quæ in Scripturis continentur. 5. Energia Verborum ad permovendos hominum animos, perſuadens etiam multis, ut ſanguinem quoque pro-

Digitized by Google

profunderent in conteſtationem Bibliorum. 6. Mira concordia rerum contentarum, licèt varij fuerint SS. Voluminum Scriptores, temporibus, locis, linguis diverſis ea conſcribentes &c.) Hæc, inquam, critiria non ſufficiunt. 1. Quia hæc omnia abſolutè reperiri poſſunt in libro quodam præcisè humano v. g. alicujus S. Patris, vel Thomæ Kempenſis, vel plurium talium piorum Scriptorum ſimul; cur enim ejusmodi Auctores humani non poſſint inter ſe vel ſecum ipſis conſpirare, res majeſtate & ſanctitate plenas conſcribere, & quidem tantâ verborum energiâ, ut etiam permoveant homines ad ſanguinem profundendum, cùm etiam Plato Ethnicus ſuo libro de Immortalitate animæ ita permoviſſe animos dicatur, ut aliqui ſibi necem conſciſcerent? Cur Deus non poſſit ejusmodi libros ad vitæ honeſtatem tam idoneos conſervare contra varios caſus & perſecutiones, excitare aliquos, ut vitam pro ejusmodi libris conſervandis ponant, imò & miraculis conteſtari, eos ſibi placere? 2. Quia de his ipſis critirijs, nempe de mirabili conſervatione, de miraculis, de fuſo Martyrum ſanguine, eventu prædictionum (quæ tamen ſunt cæteris præſtantiora critiria) Lutheranis non conſtat evidenter, quia ipſimet non viderunt hæc fieri, nec nôrunt, quòd fuerint vera miracula, nec ſciunt, illa ipſa ſe nunc habere Biblia, pro quibus miracula patrata ſunt: in Scriptura autem de his nihil legitur. Reſtat ergo, ut ex ſola traditione & infal-

Digitized by Google

libili Eccleſiæ auctoritate cognoſcant; quam quia rejiciunt, nunquam certi eſſe poſſunt. 3. Si hæc critiria probant ſufficienter exiſtentiam & certitudinem librorum Canonicorum, tunc pariter probant Veritatem Religionis Catholicæ, & Papatûs, quia iſte inter graviſſimas & perpetuas perſecutiones Judæorum, Gentilium, Hæreticorum, perverſorum Chriſtianorum, etiam Imperatorum, verbo contra portas inferi fuit conſervatus in hodiernum uſque diem, & quidem miraculosè, longéque plura miracula & manifeſtiora patrata ſunt pro articulis fidei inter Catholicos & hæreticos controverſis v. g. pro Sacrificio Miſſæ, pro Invocatione Sanctorum &c. quàm pro S. Scriptura. 4. Quia Lutheranis manifeſtum non eſt, omnia in ijs libris, quos habent pro Verbo Dei, eſſe ſancta, ſublimia, vera, inter ſe concordia; quia in Scripturis SS. aliqua proponuntur in ſpeciem impia, vilia, falſa, imò contradictoria, & creditu valde difficilia. Certè magnis ingenijs laborandum haud mediocriter fuit, ut textus Scripturæ vindicarent à contradictionibus, ut videre eſt apud D. Auguſtinum *in libris de conſenſu Evangeliſtarum*, alióſque Scripturæ S. Expoſitores. Niſi igitur ad auctoritatem & traditionem Eccleſiæ confugiatur, nulla etiam de his critirijs certitudo haberi poteſt. Et quamvìs citatus S. Doctor authoritatem Scripturæ commendet ſubinde etiam ex recitatis critirijs, utì l. 12. de Civit. c. 9. & 10. iis tamen rem evinci ſine auctoritate &

tra-

Digitized by Google

traditione Eccleſiæ minimè exiſtimavit, uti apparet *ex libro de utilitate credendi, præſertim* c. 14. & 16. uti etiam ex famoſo illo effato: *Ego verò Evangelio non crederem, niſi me Catholicæ Eccleſiæ commoveret auctoritas.* L. contra Epiſt. Fundamenti c. 5.

Nec ſufficit internus Spiritus, quem dicunt 13
eſſe teſtimonium Spiritûs S. ſed falsò, cùm revera ſit *Spiritus privatus*, & dictamen proprium, infame omnium errorum monopolium. 1. Quia æquè incertum eſt de iſto interno Spiritu, an ex Deo ſit nec ne, quàm incertum eſt de ipſa Scriptura; adeóque ignotum probatur per ignotum: imò hic Spiritus internus prorſus gratìs fingitur eſſe teſtimonium Spiritûs S. ſine ulla ratione, ſine experientia. 2. Quia nullo probabili (ne dicam certo) argumento probare poſſunt Lutherani, ſuum Spiritum eſſe potiùs à Deo, quàm reliquorum hominum omnium, quibus omnibus adverſatur; nam Gentili dictat Spiritus internus, nullam omnino dari Scripturam S. Judæo dictat, non dari Scripturam Divinam niſi veteris Teſtamenti, Turcæ dictat, nec veteris nec novi Teſtamenti libros eſſe Divinos, Calviniſtis dictat, etiam Epiſtolam S. Jacobi, S. Pauli ad Hebræos &c. eſſe verè Canonicam, Catholicis denique dictat, etiam libros Tobiæ, Judith &c. Quos Lutherani rejiciunt, eſſe partes Verbi Dei ſcripti. Cùm igitur Spiritus internus, quem Lutherani jactant, & cui potiſſimùm fidunt in agnoſcendo & recipiendo Verbo

Digitized by Google

Dei, adverſetur Spiritui omnium aliorum hominum, neque probari poſſit ſolidè, quòd à Deo ſit, meritò redditur ſuſpectus, & rejicitur tanquam erroneus. 3. Quia talis inſpiratio interna ordinariè etiam ab illo, qui eam habet, diſcerni infallibiliter nequit ab humana & fallaci perſuaſione, ſed ad aliam regulam externam examinari debet, an ſit à Deo vel non: ad quam autem regulam externam examinent Lutherani? An ad Scripturam? Sed ſic evidenter ambulant in circulo, examinantes & probantes Spiritum ex Scriptura, & Scripturam ex Spiritu ſeu illuſtratione interna. 4. Quia regula & motivum, quo fideles reddantur certi ac ſecuri, an & quinam libri ſint Divini, debet eſſe teſtimonium publicum & ab omnibus cognoſcibile, ita ut per illud etiam alijs perſuaderi poſſit, an & quinam ſint libri Canonici (id enim pertinet ad Divinam Providentiam) ſed Spiritus internus non eſt tale teſtimonium. Neque dicas, Chriſtum ipſum per inſpirationes internas ſufficienter teſtari de Scriptura; nam contra eſt, quia ratio & ſtatus præſentis vitæ exigunt, ut vox Judicis aut infallibilis teſtis, qua lites terminentur, ſit publica & manifeſta, ut eam utraque pars litigans intelligat, & ne quælibet eam pari jure pro ſe allegare poſſit. 5. Quia, quamvìs abſolutè poſſibilis ſit modus, quo Deus hominem in rebus fidei immediatè doceat per inſpirationes internas ſine magiſterio humano, eúmque Deus uſurpaverit in Prophetis; tamen

nullo

nullo modo probari poteſt, quòd Deus ordinariè hunc modum adhibeat, ſed potiùs tum ex allatis tum etiam ex alijs rationibus adhuc afferendis patet contrarium, quòd Deus doceat homines per homines, Chriſti vicarios ſenſibiles, non per inſpirationes internas, quæ ſunt incertæ, dubiæ, apud diverſos diverſæ, & ad lites terminandas ineptæ. Jam cogitet prudens Lector, an Lutherani propter hunc internum Spiritum, cui tamen Gerardus lo. cit. & Lomer in ſeiner fortgeſetzten Abfertigung pag. 111. primas tribuunt, prudenter poſſint firmiter credere ac certos ſe dicere, quòd illi libri, quos habent pro Divinis, revera ſint tales? Sed

14. Neque ſufficiunt omnia tria (ſcilicet Scriptura, Critiria, & Spiritus internus) ſimul ſumpta. 1. Quia motiva plura, ſecundùm ſe infirma ac incerta, manent talia, etiamſi ſumantur ſimul, adeóque nullam pariunt certitudinem: atqui ſingula tria allata motiva ſecundùm ſe ſunt infirma ac incerta, valde parùm vel omnino nihil probantia: ergo. Sicut decem pauperes, quorum quilibet ex ſe vel nihil vel valde modicum habet, non faciunt unum divitem, etiamſi ſimul ſumantur. Vel ſicut decem teſtes, quorum ſinguli vel nihil ſciunt, vel ſolùm ſuſpicantur, nec teſtantur ſe certò ſcire, non faciunt certitudinem, ſed ad ſummum aliquam ſuſpicionem, aut opinionem incertam. 2. Quia omnia tria ſimul ſumpta permanent eſſe in quæſtione, ſicut ſunt ſingula; conjunctio enim non

Digitized by Google

facit, quòd minùs adhuc quæratur, an hæc Scriptura ſit Verbum Dei, an hæc vel illa ſigna ſint facta in conteſtationem Bibliorum, an non liber merè humanus poſſit res æquè ſublimes & ſanctas pari energiâ proponere, an iſte Spiritus à Deo ſit an à diabolo? Ergo etiam ſimul ſumpta nihil probant.

15. Confirmatur aſſertio. Quidquid eſt certum, debet eſſe certum certitudine evidentiæ vel certitudine fidei, hoc eſt, vel debet eſſe evidens, vel ſi obſcurum ſit, debet eſſe certiſſimè revelatum à Deo. Atqui quòd detur aliqua Scriptura S. & quòd illa contineatur his potiùs libris, quàm alijs, nec eſt evidens; nam, qui fuerunt in Lege Naturæ, non viderunt hanc evidentiam, tunc enim per 2000. annos nulla fuit Scriptura Divina, & plurimi defacto negant, dari aliquam Scripturam S. vel ſaltem ijs libris contineri, quos Lutherani habent pro Sacris: nec eſt certiſſimè revelatum in principijs Lutheranorum; quidquid enim eſt revelatum, debet eſſe revelatum per Verbum Dei: atqui per Verbum Dei ſcriptum non eſt revelatum; cùm de hoc ſit quæſtio (Verbum Dei non ſcriptum rejiciunt) ergo Lutheranis nec eſt evidens nec certò revelatum, quòd detur Scriptura S. & quænam illa ſit, & tamen pro certo habent, & id credere ſe dicunt fide Divina: ergo errant in recipiendo Verbo Dei ſcripto.

16. Dico 2. Lutherani errant etiam in diſcernendo Verbo Dei ſcripto, dum aliquos libros ex Cano-

Digitized by Google

Canone expungunt, qui tamen ſunt verè Canonici. Pro exemplo afferam ſolummodo libros antiqui Teſtamenti Tobiæ, Judith, Sapientiæ, Eccleſiaſtici, Baruch, Machabæorum; nam circa libros novi Teſtamenti variant ipſimet, & plerique ſaltem non omnes illos, quos Lutherus rejecit, rejiciunt. Certè Gerardus, qui hodie Lutheranis, quod ego ſcio, ferè princeps eſt inter ſuæ Sectæ Doctores, non audet libros novi Teſtamenti à Luthero rejectos vocare Apocryphos, ſed appellat *Canonicos ſecundi Ordinis*. Unde ut ſimus certi de Adverſarijs, quos impugnemus, de libris antiqui Teſtamenti, quos recitavi, deinceps ſermo erit. Itaque

Probatur aſſertio 1. Lutherani expungendo memoratos 7. libros Tobiæ, Judith &c. adverſantur & contradicunt Univerſali & Primitivæ Eccleſiæ: ergo errant. Conſ. eſt certa: Eccleſia enim Univerſalis & Primitiva non erravit, ut fatentur vel ipſi Lutherani, neque errare potuit: vel ſi perperam velint, eam errare potuiſſe, multò magis ſe errori obnoxios fateri debebunt, utpote qui non ſunt Eccleſia Univerſalis & Primitiva, ſed Particularis & Nova. 171

Ant. prob. Non ſolùm Concilia Tridentinum & Florentinum (licèt & iſta ſufficerent) ſed etiam Carthaginenſe Concilium anno 418. circiter, cui interfuit etiam S. Auguſtinus, approbatum poſtea à Concilio Generali VI. Conſtantinopoli anno 680. Item Concilium Romanum ſub Gelaſio Papa anno 494. Et Innocentius

centius Papa anno 402. in ſuo Catalogo SS. Librorum ad Exuperium Toloſanæ in Gallijs Eccleſiæ Epiſcopum tranſmiſſo prædictos etiam libros poſuit, uti videre eſt tom. 1. Concc. in Innocentio I. epiſt. Decretali 3. Idem ſenſit antiquiſſima & Apoſtolis vicina Eccleſia per continuam traditionem, antequam ejusmodi Decreta à Concilijs & Pontificibus facta ſunt, uti teſtantur Dionyſius Areopagita D. Pauli diſcipulus, S. Ignatius D. Joannis diſcipulus, Cyprianus, Origenes, Tertullianus, Irenæus, qui omnes vel unum vel plures ex prædictis libris inter & cum libris Moyſis & Prophetarum citant. Audiatur unicus Cyprianus de habitu Virg. tom. 2. Operum Pag. 229. Edit. Antuerp. ita loquens: *Locupletem te dicis & divitem. Sed jactare divitias ſuas Virginem non decet,* Cùm dicat S. Scriptura: *quid profuit nobis ſuperbia, aut quid divitiarum jactantia contulit nobis?* Quæ ultima verba deſumpta ſunt ex libro Sapientiæ c. 5. v. 8. Vide P. Chriſtophori Ott egregium libellum Germanicum circa hanc materiam contra Heideggerum Tigurenſem Profeſſorem.

18. Probatur 2. Negativè. Nullum ſolidum atque certum fundamentum & rationem habent Lutherani prædictos 7. libros Antiqui Teſtamenti ex Canone expungendi: ergo id faciendo errant. Ant. patebit ex ſolutione objectionum. Interim noto, veras cauſas, quas publicè fateri erubeſcunt, expungendi fuiſſe, quia hi libri

bri nimis apertè & clarè adverſantur Lutheranorum doctrinæ. Nam in libro 2. Machabæorum c. 12. nimìs clarè approbatur utilitas Orationis pro Defunctis, conſequenter Purgatorium: dum dicitur: *Sancta & ſalubris eſt cogitatio pro Defunctis orare, ut à peccatis ſolvantur.* In libro Judith nimis commendantur arbitraria viduarum caſtitas, jejunia, caſtigationes corporis voluntariæ, feſta &c. dum dicitur: *Quia feciſti viriliter, & conſortatum eſt cor tuum, eò quòd caſtitatem amaveris, & poſt virum tuum, alterum neſcieris &c. & ideo eris benedicta in æternum.* c. 15. v. 11. *Habens ſuper lumbos ſuos cilicium, jejunabat omnibus diebus vitæ ſuæ, præter Sabbatha, & neomenias, & feſta domûs Iſraël.* c. 9. v. 6. In libro Tobiæ nimiùm tribuitur bonis operibus, dum dicitur: *Quomodo potueris, ita eſto miſericors &c. prœmium enim bonum tibi theſaurizas in die neceſſitatis. Quoniam Eleemoſyna ab omni peccato & à morte liberat &c.* c. 4. v. 9. 10. 11. Et ſic de alijs.

Dico 3. Lutherani errant recipiendo Verſionem Bibliorum à Luthero factam. Probatur 1. Lutherani repudiant verſionem Latinam ab Univerſali Eccleſia approbatam, & antiquiſſimam, quæ dicitur *Vulgata*, eique præferunt verſionem Germanicam Lutheri: ſed ſic errant: ergo. Mi. prob. Ille errat, vel ſaltem manifeſto periculo errandi ſe exponit, qui homini privato, perfido, nec inſigniter ſancto & illuſtrato magìs credit, quàm integris Concilijs, viris ſan- 19.

ctis

ctitate & doctrinâ clariſſimis, imò omnibus totius Eccleſiæ Doctoribus uſque ad tempora Lutheri exiſtentibus &c. Sed Lutherani recipiendo verſionem Lutheri repudiatâ Vulgatâ hoc faciunt, ut clarum eſt ex hiſtoria humana, & ab experientia; nunquid enim Lutherus fuit homo perfidus Deo & legitimis ſuis Superioribus violando ſua vota &c. nullius conſpicuæ ſanctitatis, ſed graviſſimorum criminum, ferè nullius doctrinæ, ſi eum Eccleſiæ Catholicæ PP. & DD. comparetur &c.?

20. Probatur 2. Ex nullo fundamento fiunt Lutherani infallibiliter certi, quòd verſio Lutheri ſit legitima: ergo errant illam recipiendo pro certa; niſi enim reciperent pro certa, non poſſent eſſe certi de rebus fidei, quas in hac verſione legunt. Ant. probatur. Si eſſent certi, vel id eſſet ipſis evidens, vel à Deo revelatum: nec eſt evidens, ut per ſe patet, nec revelatum à Deo; ubi enim & cui id revelatum eſt? An in S. Scriptura? Certè non, ubi enim vel implicitè habetur, quòd Lutherus ritè verterit Biblia in omnibus? Ubi revelatum eſt, quòd Editio Latina, Græca, Hebraica, ex quibus poſterioribus tanquam fontibus dicitis manâſſe Verſionem Lutheri, non fuerit jam antè vitiata vel Judæorum perfidiâ, vel Chriſtianorum malitiâ, vel deſcribentium incuria? Ubi revelatum, quòd Lutherus Græcam & Hebraicam linguam, ex quibus in Germanicam tranſtuliſſe à vobis dicitur Biblia, perfectè calluerit?

Quod

Quod tamen neceſſe eſt ad vertendos libros, nec id ipſe Lutherus ſibi tribuit. Ad veſtram igitur illuſtrationem internam, ſeu potiùs ad Spiritum veſtrum privatum & pertinacem (miſerum receptaculum!) vos haud dubiè iterum recipere debebitis, ſed non ſine riſu vel commiſeratione reliquorum omnium. Quid quòd in verſione Lutheri à viris Doctis innumeri errores deprehenſi ſint, imò falſificationes. Certè ab uno Embſero in verſione ſolius Teſtamenti novi plusquam 600. errores numerati ſunt. Neque ſoli Catholici, ſed etiam Calviniſtæ, imò ex Lutheranis etiam plurimi, alijque omnes verſionē Lutheri improbant, damnant. Qui ergo de hac vos eſſe poteſtis infallibiliter certi?

Quæres, unde Catholici ſint infallibiliter certi, quòd dentur aliqui libri Canonici, quòd illi potiùs, quos ipſi habent pro Canonicis, revera ſint tales quàm alij, & quòd ſint incorrupti in ſua verſione Vulgata? ℞. Ex Verbo Dei non ſcripto, cujus neceſſitatem articulo præcedente demonſtravimus, ſeu ex traditione & auctoritate Eccleſiæ. Infallibilitatem Eccleſiæ verò probant partim ex Verbo Dei ſcripto contra hæreticos, partim ex ratione contra infideles cæteros. Veritatem Eccleſiæ autem probant ex notis & characteribus, veræ Eccleſiæ proprijs, in tractatu de Eccleſia. Quam materiam in his ipſis Theſibus pertractare deſtinaveram, utpote longè utiliſſimam atque ſummopere neceſſariam; ſed varia impedimenta pro hac vice id 21.

Digitized by Google

prohibuêre. Videri tamen poterunt noſtræ Theſes prioris anni, & quidem *Iter Polemicum demonſtratione 8. & 13. Examen verò Polemicum art. 5. & 7.* Et Theſes hujus anni de Infallibilitate Pontificis & Judice controverſiarum art. 7. & 8. Unde contra Lutheranos eodem uti argumento poſſumus, quo jam olim contra Manichæos uſus eſt S. Auguſt. l. de util. credendi cont. ep. fund. c. 5. Vel volunt Lutherani, ut Eccleſiæ Romano-Catholicæ credamus, vel non? Si volunt, tunc Lutheranis, tanquam ab hac Eccleſia damnatis, nihil credendum in rebus fidei, quia eadem Eccleſia monet, ut ijs non credatur. Si verò non volunt, ut credamus Eccleſiæ Romano-Catholicæ, tunc Lutheranis iterum nihil credendum, quando ex Scriptura (ex qua ſola probare volunt & debent ſua dogmata) contra nos agunt; quia, niſi credamus Eccleſiæ Romano-Catholicæ, nullam ampliùs Scripturam agnoſcimus, utpote quam ſine ulla certitudine poſſidemus.

Præcluduntur Lutheranorum effugia.

22. VOco *effugia*, quia in hac materia eas in anguſtias rediguntur, ut pugnando impares ad ictum fatalem declinandum hinc indè curſitent, ac ubique viam vel potiùs rimam, qua elabantur, inquirant, ſed irrito conatu, dum in prima fidei principia graviſſimè impingentes, quò

Digitized by Google

magìs nituntur ſuam Sectam tueri, eò certiùs perimunt. Spectemus luctantes Adverſarios, ſed riſum teneatis amici.

Ob. 1. Quòd dentur aliqui libri Canonici, & quòd hi potiùs quàm alij ſint Canonici, eſt principium ab utraque Parte conceſſum. Item non eſt diſputandum *de Scriptura*, ſed *ex Scriptura*, quia Scripturam tam Catholici quàm Lutherani agnoſcunt: ergo malè petitur à Lutheranis, ut probent exiſtentiam Scripturæ, & cur hanc potiùs quàm aliam Scripturam habeant pro Verbo Dei. ℞. 1. tranſ. Ant. N. Conſ. Quia nos Catholici poſſumus probare, quòd dentur, & quinam ſint libri Canonici, Lutherani autem, quia rejiciunt traditionem & auctoritatem Eccleſiæ, probare non ampliùs poſſunt; ideo nos bene admittimus Scripturas Canonicas, ipſi malè: nobis ſerviunt ad aliquid probandum, non ipſis; quamdiu non infallibili ac certo argumento probaverint, ſe habere SS. litteras incorruptas; cùm id per ſe non ſit evidens. ℞. 2. Diſt. Ant. Eſt principium ab utraque Parte conceſſum, ſed non ex eodem fundamento C. Ant. ex eodem fundamento. N. Ant. & Conſ. Si Lutherani ex eodem fundamento concederent ac poſſiderent Scripturas, ex quo nos, ſtatim foret pax inter nos & ipſos, cùm eo ipſo deberent etiam audire & ſequi ſententiam Eccleſiæ in cæteris fidei articulis, ac Scripturis ritè intelligendis. ℞. 3. N. Ant. quoad alterum membrum, cùm nos aliquos libros habeamus

pro Canonicis, quos ipſi numerant inter Apocryphos. Ad id, quod additur, dico, non poſſe diſputari *ex Scriptura*, niſi priùs infallibiliter conſtet *de Scriptura*. Priùs igitur probent Lutherani, ſi viri ſunt, infallibiliter Scripturam &c.

Dices 1. Hæc quæſtio, an detur aliqua Scriptura, quæ ſit Dei Verbum, & quænam ſit illa, item an Evangelium S. Matthæi ſit Verbum Dei, vel à S. Matthæo conſcriptum &c. 1. Eſt *curioſa*. 2. Eſt inepta, quia prima fidei principia non ſunt trahenda in dubium, ſed ſupponenda. 3. *Indigna* Chriſtiano, quia per eam tota Chriſtianitas redditur dubia. 4. *Fruſtranea*, & non neceſſaria, quia Chriſtiani in hoc conveniunt. Ergo hæc quæſtio imprudenter movetur. ℞. N. Ant. quoad omnia membra. Cùm utique in primum fidei fundamentum, an ſatis ſolidum ſit, inquirere *curioſum non ſit*; ſi enim fundamentum non foret firmum, tota fides nutaret. Neque *ineptum* eſt indagare principium, quod per ſe notum non eſt; cùm igitur per ſe notum non ſit, an & quænam Scriptura ſit Divina, debet cognoſci per aliud motivum & argumentum infallibile, quo Lutherani carent. Quis verò prudens *indignum* Chriſtiano exiſtimet, ſi fidem Chriſtianam ejúsque fundamenta firmare magìs ac declarare laboret? Quod fit hanc quæſtionem tractando. Quòd verò *Superfluum* non ſit, fidei fundamenta diſcutere, fidei Divinæ prudens firmitas, ſeu aſſenſus *pru-*

denter

Digitized by Google

denter firmiſſimus facit; quamdiu enim de motivo & Verbo Dei, propter quod aſſentimur, non certè nobis & infallibiliter conſtat, tamdiu imprudenter nobis imperamus aſſenſum firmiſſimum, ut per ſe clarum eſt, quia talis aſſenſus eſſet ultra meritum motivi.

Ob. 2. Tres ſunt claſſes Teſtimoniorum, 24
ex quibus ſufficienter probari à Lutheranis poteſt, Scripturam, quam habent, eſſe Divinam. Primum teſtimonium & præcipuum eſt Spiritus S. in Scriptura teſtificans, quòd *Spiritus ſit Veritas.* 1. Jo. 5. v. 6. ſive internum teſtimonium Spiritûs S. ex quo venit viva ſenſatio apud eos, qui Scripturam S. cum devotione ſine reſiſtentia piè legunt; *quia ipſe teſtimonium reddit ſpiritui noſtro* Rom. 8. v. 16. Et *qui accepit ejus teſtimonium, ſignavit, quia Deus verax eſt.* Jo. 3. v. 33. Alterum teſtimonium ſunt Critiria ipſi Scripturæ intrinſeca, ſeu quæ inſunt ipſi Scripturæ v. g. *ſublimitas* rerum, quæ in Scripturis tractantur, quas caro & ſanguis aut ullus intellectus naturalis nec revelare nec comprehendere poteſt. *Inſtructio* talis ad vitam rectè inſtituendam, qualis non reperitur in ullo alio libro. *Efficacia* tanta ad permovendos animos, quanta in nullo alio libro deprehenditur, nec uſpiam alibi media ad ſalutem perveniendi inveniri poſſunt. Præcipuè autem *impletio prædictionum*, quæ in Scripturis continentur. Tertium Teſtimonium ſunt Critiria externa, qualia ſunt 1. antiquitas Bibliorum. 2. Miracula in

Digitized by Google

confirmationem Bibliorum facta. 3 Sanguis tot Martyrum pro Scriptura teſtantium. 4. Etiam teſtificatio Eccleſiæ, quæ quidem primò nobis proponit Scripturas, atque ad eas legendas invitat, adeóque ordine quidem eſt primum teſtimonium Scripturæ, nullatenus tamen dignitate vel perſuadendi efficaciâ. Sed efficaciſſima teſtimonia, quibus certificari poſſumus de exiſtentia & veritate Bibliorum, petenda ſunt ex ipſa Scriptura. Ut itaque Traditionibus nullis opus ſit. Ita ferè M. Lomer Præco Auguſtanus in ſeiner fortgeſetzten Abfertigung edita anno 1699. fol. 111. & ſeqq. ubi dicit, ita ſentire *puros Theologos Evangelicos*, die reine Evangeliſche Theologi (dantur ſcilicet etiam Theologi non puri inter Lutheranos, quorum doctrina ſana non eſt) Ipſe unicum citaverat priùs Gerardum in Diſput. Iſagog. d. 1. c. 3. & 6. apud quem reperio hanc doctrinam etiam Lo. 1. n. 39. & alibi. Videtur itaque hæc objectio eſſe præcipua, quam hodierni Lutherani *puri* recipiunt, & cui innituntur. Sed non advertunt, hoc fulcrum per noſtras probationes ſibi jam eſſe ſubtractum. Quas ſi legerint, deprehendent ſe ſubtracto ſedili turpiter humi proſtratos. Proinde

25. ℟. 1. Hæc effugia jam omnia eſſe præcluſa à nobis n. 11. & ſeqq. Ex quibus legenti manifeſtè patebit, hanc triplicem teſtimoniorum Claſſem vel nihil vel non ſatìs probare, nec certos reddere de exiſtentia, veritate, & integri-

tegritate Bibliorum. ℞. tamen nunc iterum ad ſingula. Primum, quod habent pro potiſſimo, eſt ineptiſſimum, & prorſus nihil probat, quia redit quæſtio, unde reddantur certi, quòd ſpiritus internus, quem ſentiunt, ſit Spiritûs S. teſtimonium, & non potiùs dictamen proprium & ſpiritus erroris? Certè qui negat Scripturam, vel hos eſſe libros Canonicos, quos pro talibus habent Lutherani, vel alios ſuperaddit, eodem iure dicere poteſt, ſe experiri internum Spiritûs S. teſtimonium, ſe cum devotione & ſine reſiſtentia legere eosdem libros, quos Lutherani vel recipiunt vel excludunt. Si probare nitantur (uti revera volunt) ex ipſis Biblijs, ſe ſolos habere Spiritûs S. internum inſtinctum & lumen, tunc imprimis jam ſupponunt ineptiſſimè Scripturam S. & ejus libros, de quibus tamen eſt maxima controverſia adhuc: deinde eosdem textus pro ſe adhibere poteſt quivis Adverſarius. Unde commiſeratione vel potiùs riſu dignum eſt, quod in fine Objectionis addit M. Lomer: *Efficaciſſima teſtimonia petenda eſſe ex ipſa Scriptura.*

Alterũ, nempe Critiria interna ipſius Scripturæ etiam nihil probant, vel certè non ſatis probant; cur enim alicujus S. Patris, vel Viri aliàs valde docti & pij, induſtria non potuiſſet ſcribere librũ, in quo res æquè ſublimes, tam copioſa inſtructio, tam efficax energia verborum, imò & quædã vaticinia de rebus futuris, quæ poſtea fuiſſent impleta, ac media ad ſalutẽ continerentur, 26.

quàm in S. Scriptura, quin tamen hoc ipſo eſſet liber Canonicus? Quid ſi aliquis diceret, ſcripta Thomæ Kempenſis, vel Evangelium S. Bartholomæi, Thomæ, Nicodemi &c. eſſe tales libros, his vel ſaltem enumeratis plerisque dotibus inſtructos? Accedit, quòd in Scripturis multa capita, ſententiæ, ac verba reperiantur, in quibus nulla apparet ſublimitas, informatio morum, efficacia, prædictiones: ergo ſaltem iſtæ partes Scripturæ non erunt Verbum Dei. Adde ſpecialiter de prædictionibus, quòd etiam ante illarum impletionem jam certò ac infallibiliter cognoſci debeat, an & quænam ſit Scriptura ſacra, & ſpeciatim an iſta, in qua continetur prædictio, v. g. an in Antiquo Teſtamento libri Prophetarum, & in Novo Apocalypſis. Unde igitur id cognoſcendum?

37. Tertium, ſeu Critiria externa æquè parùm probant; unde enim oſtendunt Lutherani, niſi ex traditione Eccleſiæ, quòd ſua Biblia ſint illa antiqua, in quorum confirmationem facta ſunt prodigia, & ſanguis Martyrum fuſus? Unde ſciunt, illis Biblijs nihil additum nihil demptum? Unde nôrunt infallibiliter, quòd Biblia ſint antiqua, quòd aliqua in eorum conteſtationem ſint facta miracula, quòd fuſus Martyrum ſanguis &c.? Ultimum critirium, nempe teſtificationem Eccleſiæ, nimis elevant parvíque habent *puri* Theologi Lutherani; cùm planè aliunde non poſſit haberi certitudo, niſi ex Eccle-

cleſiæ teſtimonio, quæ alibi probatur eſſe infallibilis in ijs, quæ ad fidem pertinent.

Dices 1. Cum eodem Gerardo & Lomero. 28.
Teſtimonium Eccleſiæ eſt quidem primum, ex quo diſcimus agnoſcere, quòd hæc Scriptura ſit Verbum Dei, non tamen eſt ita neceſſarium, ut ſine illo id ſciri nequiret; ſi enim Scriptura cum devotione legatur & conſideretur, reperiuntur in ea tam convincentes cauſæ, quòd ſit Verbum Dei, ut teſtimonium Eccleſiæ vel omnino non ampliùs attendi debeat, vel ſaltem ut fiat ultimum & debiliſſimum argumentum. Ferè ſe habet Eccleſiæ teſtimonium de Scriptura, ſicut ſe habet Tabellarius, qui affert litteras Regis, qui quidem initiò nobis tradit has litteras, ſed poſtquam eas recluſas legimus & Sigillum videmus, non ampliùs credimus propterea, quia Tabellarius dicit, has eſſe litteras Regis, ſed propter Manum, Sigillum, Negotium Principis in litteris deſcriptum. Sic etiam fecerunt concives illi mulieris Samaritanæ, qui Jo. 4. dicebant: *Jam non propter tuam loquelam credimus, ipſi enim audivimus* &c. Licèt initiò credere imperfectè cœperint propter ſermonem hujus mulieris. Idem eſt de teſtimonio Eccleſiæ reſpectu Scripturæ. 2. Verba Chriſti, Prophetarum, & Apoſtolorum ab auditoribus agnita ſunt pro Verbo Dei ſine teſtimonio Eccleſiæ: ergo etiam nunc, quando ſcripta ſunt, à nobis poſſunt agnoſci pro Verbo Dei ſine teſtimonio Eccleſiæ; quia prædicatio & ſcriptio

ſunt accidentia, quæ vim & naturam Verbi Divini non immutant. 3. Eccleſia tantùm miniſterialiter & tanquam famula teſtimonium perhibet de Scriptura, non prætoriè, judicialiter, ſeu tanquam judex. Ergo.

9. Teſtimonium Eccleſiæ eſt primum, ultimum, efficaciſſimum, & ex omnibus unicè convincens ac infallibiliter docens, an & quænam Scriptura ſit purum Dei Verbum; ſine hoc enim cætera nec ſeorſim nec ſimul ſumpta ſufficiunt, ut jam demonſtratum eſt, præſertim non ſufficiunt ad infallibiliter ac plenè probandum critiria interna ipſius Scripturæ, ut n. 26. etiam ſuperiùs oſtenſum. Unde nulla eſt paritas cum Tabellario & litteris alicujus Regis, quia Sigillum, Character, & alia indicia ſæpe & ordinariè talia ſunt, ut longè certiùs probent, litteras eſſe Regias, quàm teſtimonium Tabellarij, qui aliàs ſæpe mentiendi conſuetudine infames ſunt. E contra Eccleſia nunquam mentita eſt, nec mentiri poteſt ex una parte, ex altera verò parte neque Character, neque appenſum Sigillum, neque Materia contenta, neque Stylus, aut aliud indicium certum reperitur in SS. Litteris, quod nos convinceret & certos poſſet reddere, eas eſſe Divinas, & à puro homine non imitabiles. Adde, quòd etiam litteræ Regiæ non ſemper certò ac infallibiliter, etiam quando attentè & circumſpectè leguntur, dignoſcantur à ſpurijs, & falſificatis. De Litteris autem & Scripruris Divinis, utpote fundamentis fidei noſtræ, debe-

mus

mus habere infallibilem certitudinem etiam quoad nos, ut prudenter nobis imperemus firmiſſimum aſſenſum. Alterum exemplum de Muliere Samaritana imprimis malè adducitur ex Scriptura, quia hæc à Lutheranis nondum eſt ſufficienter probata, ſed adhuc in quæſtione. Deinde de Muliere illa nunquam probatum eſt ex una parte, quòd ſit infallibilis, ſicut tamen probatum eſt de Eccleſia (& hìc ſupponi debet, cùm non omnia poſſint tractari ſimul) ex altera verò parte tanta ſigna in Chriſto ſibi loquente notaverint concives illius Mulieris, ut meritò illa prætulerint teſtimonio Mulieris, notantes v. g. in Chriſto clarè donum cognoſcendi arcana, virtutem patrandi mira &c. Præſertim cùm dicat textus v. 39. *Ex civitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum propter verbum Mulieris teſtimonium perhibentis: quia dixit mihi omnia, quacunque feci.*

Ad 2. Similis eſt reſponſio; nam Prophetæ, Apoſtoli, Chriſtus, quando prædicabant Verbum Dei, ita & cum tantis ſignis id faciebant, ut nullus prudenter dubitare poſſet, quin eorum ſermo eſſet Verbum Dei: *Ipſi enim profecti prædicaverunt ubique Domino cooperante, & ſermonem confirmante, ſequentibus ſignis.* Marc. 16. v. 20. Et niſi Chriſtus vel Apoſtoli talia ſigna feciſſent, nemo fuiſſet obligatus ad ipſis credendum, ut ipſe ait Jo. 10. v. 37. 38. *Si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi. Si autem facio: & ſi mihi non vultis credere, operi-*

bus

bus credite. Adde, quòd illi, qui in Chriſto & Apoſtolis non ſpectârunt ſigna præſentes, credere debuerint ex traditione ac teſtimonio Eccleſiæ, atque communi fama fidelium. Talia verò & tam manifeſta ſigna in Scriptura, quòd ſit Verbum Dei, non reperiuntur; repe- riuntur tamen talia ac tam evidentia ſigna in Eccleſia Catholica, quæ ita probant, eam eſſe veram Chriſti Eccleſiam, ut nemo prudenter dubitare poſſit. Et hinc omnes hanc tenentur audire, eíque credere. Unde ad 3. N. Ant. Nam Eccleſia non eſt præcisè inſtrumentum & famula Dei, ſed etiam ejus dilecta ſponſa, tota pulchra, ſine macula erroris, & conſtituta ab eo Judex, Magiſtra, & Columna veritatis.

29. Dices 2. Scriptura eſt regula noſtræ fidei: ergo eſt prior fide: ergo etiam eſt prior fidelibus, conſequenter eſt prior etiam ipsâ Eccleſiâ, utpote quæ eſt *cœtus fidelium*: ergo Scriptura non poteſt probari ex auctoritate Eccleſiæ. ℞. Diſt. Ant. Eſt regula noſtræ fidei, quoad aliquos actus, & poſtquam de illa ſufficienter conſtat C. Ant. quoad omnes actus, & antequam de illa ſufficienter conſtet N. Ant. & ſub eadem diſtinctione C. & N. Conſ. Scriptura debet priùs nobis cònſtare per aliud Verbum Dei, ſive per traditionem & auctoritatem Eccleſiæ, deinde primùm poteſt eſſe regula illorum actuum fidei, quos elicimus intuitu S. Scripturæ. Rurſus Eccleſia Chriſti fuit collecta ante Scripturam

ram

tam ſacram novi Teſtamenti: ergo Eccleſia fuit prior Scripturâ, non viciſſim.

Dices 3. Si Eccleſia eſt prior Scripturâ, & nos de illa certificat, tunc Scriptura ſuam auctoritatem obtinet ab Eccleſia: ſed hoc non poteſt admitti; quia aliàs Eccleſia eſſet ſupra Scripturam, & ſupra Verbum Divinum. 2. Scriptura eſt ſemen & fundamentum Eccleſiæ juxta illud Eph. 2. *ſuperædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum*, hoc eſt, ſupra illorum ſcripta. ℞. ad 1. N. M. Eccleſia enim non facit, ut Scriptura fiat Verbum Divinum, ſed tantùm declarat, quænam Scriptura ſit Verbum Divinum, & auctoritatem Divinam habeat: ſicut Monetarius vel Trapezita non tribuit auro, vel gemmæ ſuum valorem, ſed illum ignorantibus declarat. Ad 2. Apoſtoli & Prophetæ vocantur fundamentum fidelium non tantùm *quà ſcribentes*, ſed etiam *quà primi credentes & Prædicatores*, præſertim cùm plerique Apoſtoli nihil ſcripto reliquerint. 30.

Dices 4. Si ab Eccleſia diſcimus, quænã Scriptura ſit ſacra, tunc Eccleſia debuit id priùs ſcire: ſed non potuit priùs ſcire; nam unde? Non ex Scriptura, quia ſic committeretur circulus vitioſus: neque ex alijs mediis; nam ex his ipſis mediis etiã alij poſſunt ſcire abſque auctoritate Eccleſiæ: ergo non indigemus auctoritate Eccleſiæ ad cognoſcendam Scripturam. ℞. N. Min. & dico, quòd Eccleſia cognoverit nõ ex Scriptura, ſed ex alijs medijs; quippe Eccleſia recentior & moderna 31.

derna didicit ex traditione Eccleſiæ antiquæ, Eccleſia antiqua didicit ab Apoſtolis & Prophetis, hi verò immediatè à Chriſto, vel à Deo. Cùm igitur nos nequeamus immediatè à Prophetis, & Apoſtolis diſcere, quænam Scriptura ſit ſacra, debemus credere Traditioni, quam nobis proponit Eccleſia, nobis ſemper præſens. Non autem credimus traditioni propter aliam traditionem, ſed credimus ipſi tanquam revelationi Divinæ, & locutioni, talibus ſignis inſtructæ, quæ ab homine non ſunt imitabilia, ſcilicet motivis credibilitatis, quæ probant evidenter eſſe credibile, noſtram Eccleſiam, teſtimonium Scripturæ perhibentem, eſſe veram Eccleſiam, adeóque illius propoſitionem eſſe vocem Dei. Talia motiva credibilitatis inter alia complura ſunt Antiquitas, Univerſalitas, Unitas, Sanctitas, Miracula &c. Unde licèt nos auctoritatem Eccleſiæ probaremus ex auctoritate Scripturæ, non tamen faceremus circulum vitioſum; quia non probaremus auctoritatem Scripturæ ex auctoritate Eccleſiæ, ut probatâ rurſus ex Scriptura, ſed ut aliunde notâ, ſcilicet ex prædictis motivis credibilitatis: ſicut non fit circulus, quando Chriſtus teſtimonium perhibet de Joanne Præcurſore Matthæi 12. Licèt viciſſim Præcurſor teſtimonium perhibeat de Chriſto Joan. 1. Eò quòd Chriſtus teſtimonium perhibuerit Præcurſori Joanni non ut habens auctoritatem à Joanne, ſed ut habens illam aliunde, & viciſſim. Cæterùm adversùs illos, qui

inde,

independenter ab auctoritate Eccleſiæ (unde unde demum) Scripturas admittunt, uti ſunt hæretici, etiam fas eſt per Scripturas probare Eccleſiam, ejúsque infallibilem auctoritatem.

Ob. 3. Scriptura ſeipſam ſatìs prodit ſua luce, ita ut tam facilè ſit Scripturam ſacram à non ſacra diſtinguere, quàm facilè eſt album diſcernere à nigro, ſuave ab amaro. Ita quidam cum Calvino. 2. Scriptura ſacra à non ſacra diſcerni poteſt ex titulo ſeu inſcriptione, Apoſtolum vel Prophetam præſeferente. Ita alij cum Ægidio Hunnio Lutherano. 3. Poteſt dignoſci ex allegationibus; dum enim unus liber citat alterum, illi ſuam auctoritatem tribuit. Ita alij cum Chemnitio. 4. Ariſtoteles dicit, *rectum eſſe normam ſui & obliqui*: ergo Scriptura, quæ in ſe recta eſt & regula fidei, teſtatur ſimul de ſe ipſa, & de ijs, quæ complectitur. 92.

R. Nullum ex his modis ſufficere ad diſcernendam Scripturam ſacram à non ſacra. Nam contra primum eſt 1. Quia manifeſta experientia contrarium demonſtrat; cùm neque inter Catholicos & Sectarios, neque inter ipſos Sectarios conveniat, quinam libri ſint Canonici, v. g. Epiſtolam S. Jacobi à Canone arcent multi Lutherani, recipiunt Calviniſtæ, Apocalypſin rejicit Lutherus, recipit Hannecken & Lutherani moderni: ubi igitur hæc tanta lux, quam multi, ſibi tamen adeò ſapientes, non vident? 2. Quare hanc lucem potiùs in ſuo Thalmud Judæus & in ſuo Alcorano Turca videt, quàm

quàm in noſtris Biblijs? 3. Antiqui Patres, qui utique non cæcutiebant ad lucem meridianam, de libris tamen Canonicis ante definitionem clarã Eccleſiœ inter ſe diſſentiebant. Contra ſecundum eſt 1. Quia de ipſis titulis redit quæſtio, unde conſtet, eos non ab hominibus eſſe aſſutos, ſed ab Hagiographis dictante Deo poſitos? 2. Quia aliqui libri S. Scripturæ non habent titulos, Apoſtolum vel Prophetam præſeferentes, ut liber Geneſis &c. 3. Quia dantur multi Apocryphi, licèt præſeferant titulos Apoſtolorum, ut Evangelium Bartholomæi, Thomæ, Barnabæ, Andreæ &c. 4. Quia ex Titulo conſtare non poteſt, an omnia & ſingula capita, omnes & ſingulæ ſententiæ &c. pertineant ad talem librum, cui præfixus eſt ejusmodi titulus. Contra Tertium eſt 1. quia redit quæſtio de libro, qui alium citat, num ſit Canonicus, & unde id conſtet? 2. Quia non omnes libri Veteris Teſtamenti citantur à Novo, uti liber Eſther, Ruth &c. 3. Quia, licèt citentur ſubinde quidam libri, non tamen citantur ſingulæ eorum partes & capita: jam de his redit quæſtio & difficultas, unde conſtet, quòd ſpectent ad S. Canonem? Contra quartum denique eſt; quia Ariſtoteles loquitur de recto certo, non dubio; quando enim dubitatur, utrùm aliquid ſit rectum, non debet probari per ſe ipſum, aliàs probaretur ignotum per ignotum, ſed per aliud: dubitatur autem de Scriptura, utrùm ſit Verbum Dei: ergo.

Ob-

Digitized by Google

Ob. 4. Ex Scriptura S. Iſa. 54. dicitur: *Ponam univerſos filios tuos doctos à Domino.* Et Jerem. 31. *Non docebit vir proximum dicens: cognoſce Dominum, omnes enim cognoſcent me à minimo uſque ad maximum.* D. Joannes ep. 1. c. 2. ait. *Non neceſſe habetis, ut aliquis vos doceat: ſed ſicuti unctio Dei docet vos de omnibus.* & c. 5. *Qui credit in Filium Dei, habet teſtimonium Dei in ſe.* D. Paulus idem docet Rom. 8. *Ipſe Spiritus reddit teſtimonium Spiritui noſtro.* Et 1. Cor. 2. *Spiritus ſcrutatur omnia, etiam profunda Dei.* Denique Joan. 14. dicitur: *Spiritus docebit vos omnia, & ſuggeret vobis omnia.* Ergo ex Spiritu interno diſcimus omnia, ad ſalutem neceſſaria, inter quæ primum eſt, quinam liber contineat Verbum Dei.

℞. 1. Ineptiſſimè hunc Spiritum internum, 33.
de veritate Scripturæ teſtantem, probari ex ipſa Scriptura, cùm de Scriptura nondum certò conſtet, & ſic Scriptura ex Spiritu interno, & viciſſim Spiritus internus ex Scriptura probetur; quod eſt petere principium, & ire in circulum, vel cum impijs, vel cum ſtultis. ℞. 2. Per ejuſmodi textus ad ſummum probari, quòd aliqua illuſtratio interna ſupernaturalis neceſſaria ſit ad omnem actum fidei ſupernaturalis, non verò quòd hæc illuſtratio ſola ſufficiat ſine motivis externis, & auctoritate Eccleſiæ (ſaltem ordinariè) ad hoc, ut aliquis prudenter ſimul & firmiter poſſit credere, hanc Scripturam eſſe Divinam, vel alios articulos eſſe à Deo revelatos.

Digitized by Google

ꝑ. 3. Conceſſis textibus N. Conſ. nam per illos non probant adverſarij ſuum intentum, nam

Ad 1. Iſajas non excludit magiſterium externum, & inſtructionem Eccleſiæ, quia vel per prædicationem & inſtructionem externam *Dominus* docere poteſt & ſolet, vel cor intus per ſuas illuſtrationes; aliàs Miniſterium Lutheranum & omnes Præcones deberent tolli tanquam inutiles. Ad 2. Jeremias vel non loquitur de prima fidei acquiſitione, ſed de majore conſtantia in fide ſemel acquiſita, vel ſi loquitur de prima acquiſitione fidei, non tamen indè inferri poteſt, nullam requiri prædicationem externam; *Cùm fides ſit ex auditu*; *quomodo verò audient ſine prædicante?* Rom. 10. & Deus in Eccleſia poſuerit *Doctores & Paſtores*. Eph. 4. Deinde verba illa *non docebit ultra* S. Auguſt. implenda ait primùm in altera vita. Vel ſi de hac vita debent intelligi, ſermo eſt de cognitione unius veri Dei, quam omnes Chriſti cultores habent. Ad 3. Solùm eſt ſermo de certis quibusdam myſterijs fidei, non tamen excluditur inſtructio Doctorum Eccleſiæ, ſed Pſeudo-Doctorum. Ad 4. Illud Dei teſtimonium non eſt inſtinctus merè internus, ſed per illud intelligitur omne Verbum Dei, ſive ſcriptum ſive traditum, quod quis habet in ſe pro certo & vero (non tamen ſine motivis credibilitatis, etiam externis) qui autem non credit, non habet Verbum Divinum in ſe pro certo & vero, ſed men-

da-

Digitized by Google

dacem facit Deum, qui per tot ac tanta ſigna Divinitatem Chriſti & Meſſiatum teſtatur. Ad 5. Paulus ad Rom. 8. non vult, Scripturam veram cognoſci per teſtimonium interni Spiritûs, ſed cognoſci à quolibet, an ſit Filius Dei, per affectum & fiduciam filialem, idque non niſi conjecturaliter, vel ad ſummum certitudine morali quoad nos; quia non ſcimus abſolutè, an ille affectus, & teſtimonium, quod experimur in nobis, ſit à Deo, nec ne. Ad 6. Ibi intelligitur Spiritus S. ipſémet, qui ſolus omnia ſcrutatur, non noſter internus. Ad 7. Illud Jo. 14. ſpectat ad ſolos Apoſtolos quibus tanquam mundi Doctoribus majorem S. Spiritûs aſſiſtentiam promiſit Chriſtus. Deinde Spiritus S. non tantùm docet per internas illuſtrationes, ſed etiam per inſtrumenta externa & per homines.

Ob. 5. Contra ſecundam Concluſionem: 34
nullus liber antiqui Teſtamenti eſt habendus pro Canonico, qui 1. non eſt ſcriptus à Propheta, vel tempore Prophetarum. 2. Qui non eſt ſcriptus tali idiomate, quo tunc utebatur Eccleſia Judaica. 3. In quo continentur falſa & manifeſti errores. 4. Qui à Chriſto, vel Apoſtolis non citatur, & inſuper de Meſſia futuro nullam facit mentionem. Sed libri Tobiæ, Judith, Sapientiæ, Eccleſiaſtici, Baruch, primus & ſecundus Machabæorum, non ſunt ſcripti à Prophetis, & multi ex iis nec tempore Prophetarum. 2. Plerique ex his ſeptem libris ſcripti ſunt idiomate, Eccleſiæ Judaicæ tunc ignoto,

Digitized by Google

ſcilicet Græco. 3. Continent ſinguli varios errores, falſa, & abſurda. 4. Nihil meminerunt de Chriſto venturo Meſſia, nec à Chriſto & Apoſtolis citantur: ergo hi ſeptem libri non ſunt Canonici.

℞. N. Ma. N. Mi. N. Conſ. Quo enim jure, & qua Scripturæ auctoritate, qua ratione convincente requirunt Adverſarij has conditiones, ut aliquis liber veteris Teſtamenti ſit Canonicus? Imò ſi primum membrum Ma. eſſet verum, deberet ex Canone veteris Teſtamenti expungi etiam liber Judicum, Ruth, & alij, quorum Auctor ignoratur; quis enim ex Prophetis hos libros ſcripſit? Vel quis Prophetarum eo tempore vixit? Deinde ſi ad eſſentiam libri Canonici requiritur, ut tali idiomate ſcribatur, quod intelligat vulgus, ferè nullus erit liber Canonicus novi Teſtamenti, quia plerique ſcripti ſunt linguâ Græcâ, quam vulgus Eccleſiæ Chriſtianæ tunc non intelligebat, quando ſcripti ſunt. Prætereà non obeſt libro Canonico, ſi in illo deprehendatur mendacium, quod præcisè refertur ab alio factum; aliàs nec liber Geneſis eſſet Canonicus, quia c. 37. continet mendacium, quo fratres Joſephi Jacobo mentiebantur, Joſephum à fera eſſe devoratum. Nec obeſt error ſolùm exiſtimatus, & quoad ſpeciem, ut ſunt topographici, Chronologici, aut contradictiones tantùm apparentes. Denique ſi liber Canonicus veteris Teſtamenti debet facere mentionem Meſſiæ futuri, & citari à Chriſto, vel

Apo-

Digitized by Google

Apoſtolis, tunc neque Canonici erunt libri Eccleſiaſtis, Canticorum, liber 1. Regum, Ruth, Eſther. Ipſe Chriſtus indicat, quòd ſolùm aliqui veteris Teſtamenti libri de futuro Meſſia mentionem faciant, nimirum Moyſis, Prophetæ, & Pſalmi. dum ait Luc. 24. *Quoniam neceſſe eſt impleri omnia, quæ ſcripta ſunt in Lege Moyſi, & Prophetis, & Pſalmis de me.* Magna igitur eſt ratio negandi Ma. quæ meliùs ſic fuiſſet formata: ille liber non eſt Canonicus, qui non eſt ſcriptus dictante Spiritu S. *Quia Spiritu S. inſpirati locuti ſunt Sancti Dei homines.* 2. Petri 1. v. 21.

Nunc afferam rationem negandi Min. Imprimis falſum eſt, quòd illi ſeptem libri ſcripti ſint linguâ Judæis ignotâ, & plerique Græcâ; nam Baruch ſcriptus eſt linguâ Hebraicâ, vel Chaldaicâ, Tobiæ & Judith itidem Chaldaicâ, Eccleſiaſticus, & primus Machabæorum Hebraicâ initiò, deinde primùm Græcâ, Sapientiæ, & ſecundus Machabæorum tandem probabiliter Græcâ tantùm, ut docet P. Ott in ſuo citato libello de his ſeptem libris anno 1676. Oeniponti edito c. 2. qui pariter c. 4. oſtendit, in dictis ſeptem libris nulla contineri mendacia, nomine & in perſona Auctoris ſacri ſcripta, nec errores veros, ſed tantùm putatitios, ubi ſimul advertit; ſi propterea liber ex Canone eſſet rejiciendus, in quo occurrunt plures difficultates tum in intelligendo verborum ſenſu, tum in evitandis antilogijs, & contradictionibus reſpe-

ctu aliorum textuum, tum in tempore, ac loco aſſignando, ac combinando, quo facta ſunt, quæ narrantur &c. deberent plures alij libri, qui ab omnibus habentur pro Canonicis, rejici, uti liber Eſther, in quo difficulter aſſignatur tempus pro illa hiſtoria, difficulter deſignatur, quis fuerit ille Aſſuerus, apud quem fuit gratioſa Eſther, an Darius Medus, an Darius Perſa; ſi Perſa, an Chambyſes, vel Artaxerxes &c. Imò ipſa 4. Evangelia non carent difficultatibus, in quibus conciliandis Interpretes multùm laborârunt, & S. Auguſtinus in hunc finem conſcripſit 4. egregios libros de *Conſenſu Evangeliſtarum*. Sed hæc ad Scripturarios, & Theologiam poſitivam pertinent. Præterea falſum eſt, prædictos libros non facere mentionem de Meſſia futuro; nam Baruch c. 3. v. ult. De Deo ſic vaticinatur: *Poſthæc in terris viſus eſt.* Ubi clariſſimè adventum Meſſiæ prædicit. Item Sapientiæ 2. v. 12. & ſequentibus deſcribuntur perſequentes Chriſtum: *Circumveniamus Juſtum &c. Promittit ſe Scientiam Dei habere, & filium Dei ſe nominat* &c. Vide cit libellum.

35. Dices 1. Tobias, Judith, Sapientia, Eccleſiaſticus, & Machabæi non reperiuntur in Canone Judæorum: ergo non ſunt libri Canonici. ℞. Tranſ. Ant. N. Conſ. an enim par eſt plùs credere perfidis Judæis, quàm Eccleſiæ Chriſtianæ? Synagogæ quidem Deus cuſtodienda commiſit ſacra Biblia ante adventum Chriſti, poſtea verò hunc theſaurum tradidit cuſtodien-

Digitized by Google

diendum Eccleſiæ Chriſtianæ. Cæterùm licèt iſti libri fortè non fuerint in Canone Hebræorum poſiti, tamen neque fuerunt poſitivè rejecti: aliud autem longè eſt aliquem librum poſitivè rejicere, & aliud nihil de illo ſtatuere, & nec approbare, nec improbare: & hinc Synagoga hos libros non ponendo non erravit. Accedit, quòd libri Machabæorum tempore Esdræ, quo factus eſt Canon Judæorum, nondum fuerint conſcripti; quomodo ergo ponendi in Canone Judæorum? Dixi ſuprà *tranſeat* Ant. nam Canon Judæorum, quem allegant Sectarij, non eſt veterum, ſed recentium Judæorum poſt Chriſtum interfectum: & refert Overius to. 2. de Script. auctoritate in Epiphanio, libros illos in vetuſtis Judæorum Concilijs fuiſſe receptos in Canonem.

Dices 2. Etiam ex Catholicis Patribus multi excluſerunt à Canone prædictos libros, nimirum S. Melito, Origenes, S. Athanaſius, Euſebius, S. Cyrillus &c. Item PP. Conc. Laodiceni, & ſpecialiter S. Hieronymus, qui erat Scripturarum peritiſſimus: ergo. ℞. 1. Diſt. Ant. excluſerunt, antequam Innocentius I. Apoſtolicâ auctoritate definiverit, quid de his libris ſentiendum. Tranſ. Ant. poſt definitionem. N. Ant. vel ſubdiſt. ignorantes hanc definitionem. Tranſ. ſcientes. N. Ant. & Conſ. Licuit dubitare ſine nota hæreſeos, antequam auctoritate Apoſtolica certi quid conſtaret; nam Traditio primævæ Eccleſiæ propter graviſſimas 36.

perſecutiones & varias hæreſes non ubique erat cognita. ℟. 2. Excluſerunt poſitivè. N. Ant. negativè, hoc eſt, nec excluſerunt, nec incluſerunt C. Ant. Quando enim recitant Canonem librorum SS. nihil definiunt, nec recitant tanquam ſuam doctrinam, ſed præcisè *narrativè* exponunt, qualis fuerit Canon apud Judæos. Idem dic de Concilio Laodiceno: quod inſuper fuit ſolùm Particulare, nec ab aliquo Univerſali approbatum. D. Hieronymus, poſtquam intellexit, librum Judith in Concilio Generali Nicæno eſſe receptum, illum ſtatim etiam ipſe recepit, recepturus haud dubiè & reliquos, ſi circa illos definitionem Eccleſiæ ſciviſſet. Dicit enim expreſsè in præf. ad Judith: *Quia hunc librum ſynodus Nicæna in numerum SS. Scripturarum legitur computâſſe, acquievi poſtulationi veſtræ, imò exactioni.* Idem ſucceſſu temporis feciſſe dicitur circa reliquos libros, quia illos citat, ſicut libros ſacros.

37. Dices 3. Quando S. Auguſtinus & alij PP. citant prædictos 7. libros, ſicuti citant ſacros, non citant illos, quaſi eſſent paris auctoritatis, & verè Divini, ſeu continentes dogmata fidei, ſed quatenus ſerviunt ad mores inſtituendos, & ſovendam pietatem: in quem finem etiam legebantur in Eccleſijs. ℟. N. Quia hi libri jam ultra mille annos in Breviario recitantur à Sacerdotibus Catholicis, & quidem mixti inter cœteros libros, quos agnoſcunt omnes pro Canonicis; atque ſic jam ſtatuit cum Concilio Romano

Digitized by Google

mano Gelaſius I. anno 494. S. Auguſtinus, quando dicit, *eos libros tantùm eſſe inter Canonicos proponendos, qui ab omnibus accipiuntur*, non dubitavit, an omnes libri Canonici ſint ejusdem auctoritatis, ſed ſolùm oſtendit, non omnibus æquè certum eſſe, ac ſibi, quinam libri ſint Canonici; eò quòd in Generali Concilio nondum omnes eſſent clarè definiti.

Dices 4. Vetus Eccleſia ſaltem dubitavit de his libris: ergo adhuc dubitat. ℟. Tranſ. Ant. N. Conſ. nam potuit Eccleſia ſucceſſu temporis magìs edoceri à Spiritu S. Deinde dixi *Tranſ.* Ant. nondum enim probatum eſt, quòd tota Eccleſia dubitaverit; licèt concedamus, quòd aliqui ex PP. dubitaverint ante definitionem Eccleſiæ. 38.

Dices 5. Auctor libri Machab. veniam precatur erratorum, & dubitat, an rectè ſcripſerit: ſed hoc minimè competit ijs, qui Spiritu S. revelante ſcripſerunt: ergo. ℟. Diſt. Ma. veniam precatur Orationis minùs politæ, quam excuſat C. Ma. veniam precatur erratorum contra veritatem. N. Ma. Spiritus S. non alligatur ad elegantiam termini, ſed ipſi perinde eſt, ſive ſcriptor, quem dirigit, ſimplici, ſive ſublimiore ſtylo loquatur, & ſe accommodat indoli, & capacitati naturali Scriptorum, ita tamen, ut veritatem ipſis inſpiret, ac provideat, ut nihil falſi ſcribant. Spiritus S. itaque eſt perfectiſſimus, nec excuſatione indiget, inſtrumentum tamen, quod Spiritus S. dirigit, ne falſum dicat, poteſt 39.

Digitized by Google

eſſe imperfectum, peccare contra ornatum ſermonis, & veniæ eſſe indigum. Si præterea objiciantur adhuc difficultates hiſtoricæ, falſa &c. quæ in his libris dicunt reperiri, reſponde, his omnibus abunde occurri tum à Controverſiſtis Bellarmino, Serrario, Gretſero & alijs, tum etiam à Scripturiſtis, ad quos propriè ſpectat. Tu verò tene te ad Eccleſiæ auctoritatem, quæ hos libros pro Canonicis habet.

40. Ob. 6. Verſio Lutheri eſt melior, quàm verſio Latina, quæ dicitur *Vulgata*: ergo. Ant. Prob. Latina in multis locis diſſentit ab Hebræo textu, non autem verſio Lutheri. ℞. N. Ant. ad probationem diſt. Ant. diſſentit ab Hebræo textu quoad verba. Tranſ. Quoad ſenſum ſubdiſt. ab Hebræo authentico. N. Ant. corrupto. C. Ant. & N. Conſ. S. Hieronymus ſæpe non reſpexit ad verba, ſed ad ſenſum; ſi enim interpres ſcrupuloſè nimis ſe alliget ad verba, torta & obſcura, ſæpe erit translatio. Deinde iſta diſſenſio potuit contingere errore Librariorum, præſertim cùm priſcis temporibus omnia propter defectum typi debuerint calamo deſcribi. Verſio Lutheri longè minùs conſpirat cum Hebræo, imò in plurimis locis diſſentit, ut oſtendit Keckermannus l. 1. Syſt. Theol. qui verſionem Tremelli longè præfert, licèt in ſingulis ferè verſiculis à verſione Lutheri diſſentientē. Item diſcedit à Græco novi Teſtamenti ferè in mille locis per additionem, vel detractionem, vel depravationem, ut habet Bellarm. l. 2. de Verbo

Dei c. 11. Sed quid multùm taxamus verſionem Lutheri? cùm nec ipſis Lutheranis ſit *Authentica*, ſed ad fontes Hebraicos & Græcos examinanda, ut expreſsè docet Gerhardus Lo. 1. n. 524. Verùm miſeri Lutherani! Fidere non poſſunt verſioni ſui Lutheri, nec ipſi callent linguam Hebraicam & Græcam ſaltem perfectè (quod requiritur, ut quis ſecurus ſit de Textu Scripturæ) & quid prodeſſet, etiamſi perfectè ſcirent has linguas, cùm ipſi fontes, ſcilicet Hebraica & Græca editio, ſint corrupti? Quid facient miſeri? Quid indocti? Quid rudes, qui nec legere nôrunt? Ubi purum Dei Verbum, quod toties jactant?

Dices. In Editione Vulgata repetiuntur multa, quæ Hieron. ipſe teſtatur aliter fuiſſe vertenda: ergo Editio Vulgata non caret erroribus. ℞. S. Hieron. Vel tantùm reprehendit errores deſcribentium, quos neque Eccleſia approbat, vel illa ipſa, quæ reprehendit, poſtea adhuc correxit, vel loquitur ſolùm de verborum expreſſione ac proprietate, quæ meliùs adhuc fieri potuiſſet; non verò de rebus fidei ac morum immutandis. Eccleſia præterea non omnem S. Hieronymi verſionem acceptavit in ſua Vulgata, ſed pro ſua infallibili auctoritate nunc hanc nunc illam elegit, nunc etiam illam antiquam ignoti Auctoris retinuit jure ſuo. Nec Hieronymus, ſed Eccleſia nos reddit certos, quòd in Editione Vulgata non ſint errores circa res Fidei & morum; licèt fortè alij errores inſint. 41.

Digitized by Google

ARTICULUS III.

Lutherani errant in intelligendo Verbo Dei ſcripto.

SUMMARIUM.

1. *Vel maximè neceſſarium eſt, ut conſtet de genuino Scripturæ ſenſu.*
2. *Senſus Scripturæ alius eſt verus, alius accommodatitius.*
3. *Alius Litteralis, alius Myſticus, quæ diviſio eſt præcipua.*
4. *Præcipuè inquirendus eſt ſenſus Litteralis.*
5. *Etiam in primarijs fidei articulis Scriptura patitur diverſos ſenſus, & interpretationes.*
6. *Ne ergo decipiamur, debet exſtare aliquis Iudex infallibilis, clarè & ſenſibiliter pronuntians ſententiam.*
7. *Lutherani rejecto ex odio Pontifice pro Iudice agnoſcunt ipſam Scripturam, quam propterea dicunt eſſe* claram, & perfectam.
8. *Quomodo claram eſſe pronuntient.*
9. *Contrà ſtatuitur & probatur, Scripturam non eſſe claram ſecundùm omnes ſuas partes.*
10. 11. *Quod probatur etiam à priori: item ex ipſa Scriptura.*
12. *Neque claram eſſe in ijs omnibus, quæ ſunt neceſſaria ad ſalutem.*
13. *Neque in aliis Textibus clarè iterum explicare ſe ipſam,*

Digitized by Google

14\. *Neque claram eſſe doctis, probis, fidelibus, prædeſtinatis, reverenter & attentè legentibus.*
15\. *Unde nequit eſſe Iudex Controverſiarum circa res fidei & Religionis.*
16\. *Neque Spiritus ſeu illuſtratio interna poteſt eſſe medium ad genuinum Scripturæ ſenſum infallibiliter cognoſcendum. Quod probatur multipliciter & evidenter.*
17\. *Unde Lutherani neceſſariò errant in intelligendo Dei Verbo ſcripto, quia Scripturam in ſe obſcuram explicare volunt per Scripturam, & per Spiritum internum, ad quem ſemper denique devolvuntur.*
18\. *Quomodo Catholici reddantur infallibiliter certi de genuino Scripturæ ſenſu.*
19\. 20. *Quomodo Scriptura poſſit dici lux &c. præſertim in Renatis.*
21\. *Neque illa, quæ in uno loco dicuntur obſcuriùs, ſemper explicantur clarè in alio.*
22\. *Etiamſi ea ſint magni momenti, & ad ſubſtantiam fidei pertineant.*
23\. 24. *Fruſtra probatur claritas Scripturæ ex Scriptura.*
25\. *Malè arguitur Deus, quaſi homines ſtudiò voluiſſet decipere dando Scripturam obſcuram.*
26\. *Rationes multæ, propter quas Deus rectè adhibuerit modum nobis loquendi per Scripturas obſcurum.*
27\. *Quomodo Scriptura ſit regula fidei noſtræ.*
28\. *Fruſtra probatur claritas Scripturæ ex Patribus.*

Digitized by Google

29. *Eccleſia interpretans Scripturam non ſit major & melior Scripturâ.*

30. *Quæ clarè non proponuntur à Scriptura, clarè proponuntur ab Eccleſia.*

1. SCiendum 1. Satis non eſſe, quòd infallibiliter conſtet, quænam Scriptura ſit Verbum Dei, & quæ verſio illius legitima ac incorrupta; ſed vel maximè requiri, ut infallibiliter conſtet de genuino ſenſu & interpretatione legitima Scripturæ S. *Non putemus*, ait S. Hieron. in c. 1. Epiſt. ad Galat. *In verbis Scripturarum eſſe Evangelium, ſed in ſenſu --- interpretatione enim perversâ de Evangelio Chriſti fit hominis Evangelium, aut, quod pejus eſt, diaboli.* Si nimirum homo perversè interpretatur Scripturam S. hæc interpretatio eſt verbum hominis, ſi diabolus, eſt verbum diaboli, non Dei. Sic iſta verba, prout intellecta & explicata ab Ario, *Pater major me eſt.* Jo. 14. v. 29. Sunt Verba hæretici hominis, non Dei; & verba illa Pſal. 90. *Angelis ſuis Deus mandavit de te, & in manibus tollent te* &c. in ſenſu, quem allegavit dœmon Matth. 4. v. 6. ut Chriſtus ſe ageret præcipitem, non fuerunt verba Dei, ſed diaboli. Unde ſi Lutherani non intelligant verba Scripturæ S. in genuino ſenſu, aut ſi non ſint certi de genuino Scripturæ ſenſu, errant in intelligendo Verbo Dei ſcripto, nec certi ac firmi eſſe poſſunt in ſuo aſſenſu, conſequenter non habent fidem Divinam, ſed merè humanam & infirmam: ac proinde errant iterum & vel maximè in primis principijs fidei.

Digitized by Google

fidei. Quòd autem non ritè intelligant, & interpretentur Scripturam, imò, etiamſi aliquando ritè interpretentur, ſaltem certi non ſint de legitima interpretatione & genuino Scripturæ ſenſu, hoc loco demonſtratum eo.

Sciendum 2. Senſum Scripturæ generatim eſſe duplicem, ſcilicet *Verum* & *Accommodatitium*. Verus eſt, quem Deus ſeu Spiritus S. in Scripturis loquens intendit. Accommodatitius, quem homines præter Dei mentem ad res aliquo modo ſimiles accommodant. v. g. Quando de Noë dicitur Eccleſiaſtici 44. v. 17. *Inventus eſt juſtus*, id Eccleſia accommodat omnibus Confeſſoribus, quos veneratur ut Sanctos. Dixi *præter* mentem Dei, non *contra*; ſi enim eſſet contra mentem Dei, ſenſus eſſet falſus & erroneus: Si autem eſt præter, ſenſus eſt verus, licèt non ſit ille, quem Spiritus S, directè intendit. Sic à SS. Patribus, Concionatoribus, & Interpretibus plurima, quæ v. g. dicuntur in Canticis, in libris Regum, in Evangelio &c. transferuntur ad animam hominis vel ſanctam, vel peccatricem, vel pœnitentem &c. 2

Sciendum 3. Senſum Scripturæ præcipuè dividi in *Litteralem & Myſticum*. Litteralis ſeu Hiſtoricus eſt, quem verba immediatè ſignificant ex intentione Spiritûs S. ſive deinde verba ſint propria ſive metaphorica & figurata; nam Spiritui S. liberum eſt uti verbis proprijs vel figuratis v. g. ſenſus litteralis in verbis figuratis eſt, quando Christus Jo. 10. dixit: *Alias* 3

oves

oves habeo, quæ non ſunt de hoc ovili; quorum verborum, quæ metaphorica ſunt, alius ſenſus litteralis eſſe non poteſt, niſi: habeo alios homines, præter Judæos, in Eccleſiam aggregandos. Myſticus ſeu Spiritualis ſenſus eſt, qui alià refertur, quàm ad id, quod verba immediatè ſignificant. Sic quæ ad litteram dicuntur de egreſſu Judæorum ex Ægypto, de tranſitu Maris Rubri, de Manna, de aqua, quæ fluxit ex petra &c. Spiritualiter ſeu myſticè referuntur ad Chriſtianos, ad bona, quæ reperiuntur in Eccleſia Chriſti. Utrumque ſenſum Litteralem & Myſticum clarè docuit S. Paulus ad Gal. 4. ubi ait: *Abraham duos habuit filios, unum de ancilla, alterum de libera.* En ſenſum litteralem! poſtea pergit: *Quæ ſunt per allegoriam dicta; hæc enim ſunt duo Teſtamenta*, ſcilicet Vetus & Novum, ſervile & liberum. En ſenſum Myſticum! præter alia etiam hoc diſcrimen inter hos duos ſenſus reperitur, quòd ſenſus Litteralis inveniatur in omni prorſus ſententia, imò ſubinde plures ſenſus Litterales in eadem ſententia: ſenſus verò Myſticus non inveniatur in omni prorſus ſententia; quem enim alium ſenſum præter Litteralem erues ex illo Decalogi præcepto: *Diliges Dominum Deum tuum*? Porro ſenſus Myſticus eſt triplex, Allegoricus, Tropologicus, & Anagogicus. *Allegoricus* eſt, quando textus refertur ad declarandum aliquod fidei Myſterium de Chriſto vel Eccleſia. *Tropologicus* ſeu Moralis, qui inſtruit mores. *Anagogicus*, qui reſpicit

ſta-

Digitized by Google

ſtatum alterius vitæ, & aliquid refert ad vitam æternam. Sic illa verba: *Quibus juravi in ira meà, ſi introibunt in requiem meam.* Pſal. 94. quoad litteram loquuntur de terra Promiſſionis, ſpiritualiter verò & anagogicè intelligenda ſunt de vita æterna. Cæterùm tam ſenſus Myſticus quàm Litteralis poteſt intendi à Spiritu S. & defacto intenditur ſæpe; de litterali clarum eſt, de Myſtico autem probatur; quia totum vetus Teſtamentum eſt plenum ſenſibus Myſticis juxta illud Pauli 1. Cor. 10. *Hæc omnia in figura contingebant illis; ſcripta ſunt autem ad correptionem noſtram.* Deinde aliqua reperiuntur in Scripturis SS. quæ ſi ſolùm conſiderarentur litteraliter, & non ſimul myſticè, non ſatis congruerent Divinæ Sapientiæ & Majeſtati, uti ſunt illa præcepta, quibus Deus præcepit in eſu Agni Paſchalis obſervari certas & prorſus mirabiles ceremonias Exod. 12. quæ ſecundùm ſe non videntur pertinere ad cultum Dei: ergo latent Myſteria, quæ Deus reſpexit, & nobis ſignificare voluit; conſequenter intendit ſenſus Myſticos. Quando autem id fiat, debet indè deſumi, unde cognoſcitur & deſumitur ſenſus litteralis, nimirum vel ex ipſius Scripturæ inſinuatione, vel ex PP. & Eccleſiæ declaratione.

Sciendum 4. Senſum litteralem præcipuè & primariò inquirendum eſſe; quia de hoc certum eſt, quòd intendatur à Deo, Unde ex hoc ſenſu litterali ritè cognito principaliter probari debent fidei dogmata. Nihilominus tamen

Digitized by Google

etiam ſenſum Myſticum indagare & intelligere decet, imò ſubinde oportet, non tantùm ad informandos mores, ſed etiam ad ſtabilienda fidei dogmata; ad quod ultimum ſenſus Myſticus ſervit tunc, quando vel ex Scriptura ipſa vel ex Patrum & Eccleſiæ teſtimonio conſtat, ſenſum talem Myſticum eſſe à Spiritu ſancto intentum. Imò ipſi Sectarij, licèt aliàs in Apologia Auguſtanæ Confeſſionis tit. de Sacrif. Miſſæ dicant: *allegoriæ non pariunt firmas probationes*, ſui immemores perpetuis ac ineptiſſimè adductis allegorijs, ex Daniele & Apocalypſi petitis, probare nituntur, Romanum Pontificem eſſe Anti-Chriſtum.

5. Sciendum 5. Scripturam varios ſubinde ſenſus & interpretationes pati, etiam in textibus, qui continent primarios fidei articulos, ad ſalutem valde neceſſarios. v. g. Illa verba Chriſti: *Hoc eſt Corpus meum* Matth. 26. quibus conficitur Sacramentum Eucharìſtiæ, licèt in ſpeciem ſint admodum clara, & clariora quàm plerique alij textus, præſertim in Pſalmis, Prophetis, Apocalypſi, Epiſtolis S. Pauli &c. conterri; illa, inquam, verba alio ſenſu accipiunt Catholici, alio Calviniſtæ, alio Lutherani &c. Imò ipſimet Lutherani inter ſe non conveniunt, ſed in diverſiſſimas partes ſcinduntur in intelligendis his verbis; ut adeò à quibusdam ultra ducentas eorum varias interpretationes numerentur, ab alijs verò ſaltem ultra octoginta expoſitiones inter ſe differentes, teſte Valentia to.

3. D.

3. D. 1. q. 1. puncto 7. Carolſtadius volebat, ſenſum eſſe: *Hìc eſt Corpus meum.* Bucerus contendebat, per pronomen *hoc* ſignificari totam actionem Cœnæ. Langus ſic interpretabatur: *Meum Corpus eſt hic panis.* Lutherus: *Hoc, ſeu hic panis, appellatur meum Corpus,* propter unionem panis cum Corpore Chriſti. Oecolampadius putabat per τὸ Corpus non ſignificari verum Chriſti Corpus, ſed ſolùm *ſignum* ſeu *figuram* Corporis Chriſti; quæ opinio multùm accedit ad doctrinam Zwinglij & Calviniſtarum. Alij aliter interpretati ſunt, prout cuilibet ſuus Spiritus internus dictabat, quem omnes hi, ferè eodem tempore ab Eccleſia Catholica egreſſi, cujus ſe Reformatores jactabant, ajebant eſſe Spiritûs S. illuſtrationem & dictamen infallibile. Sed fuiſſe erroneos perverſorum hominum ſpiritus, ſpiritus ſuperbiæ, & mendacij, clarè demonſtrat tanta diſſenſio; nam Spiritus S. non eſt ſpiritus diſſenſionis & contradictionis, ſed pacis & unitatis. Ex quo tamen liquet, difficillimum, & humanis viribus impoſſibile eſſe verum & genuinum Scripturarum ſenſum certò ac infallibiliter aſſequi. Unde

Sciendum 6. Ut genuinus Scripturarum ſenſus certò & infallibiliter innoteſcat, opus eſſe Regula quadam certa & Judice infallibili; id enim pertinet ad Providentiam Chriſti, ne fundata ab ipſo Eccleſia ſemper fluctuet inſtabilis, ac erroribus obnoxia. Imò id exigit natura & eſſentia fidei Divinæ, quæ debet prudenter 6.

Digitized by Google

eſſe certiſſima, hoc eſt, debet excludere omnem formidinem de rebus à Deo revelatis, & quidem ex merito motivi, teſtantis & certificantis, quòd hoc vel illud à Deo ſit revelatum. Niſi autem ſit aliquis Judex Controverſiarum, quæ oriri poſſunt & ſolent, certus ac infallibilis, clarè & ſenſibiliter pronuntians ſententiam, quomodo Scriptura ſit intelligenda, quis ſenſus illius legitimus, nunquam prudenter imperare ſibi quis poteſt aſſenſum firmiſſimum.

7. Sciendum 8. Lutheranos, ne debeant agnoſcere Romanum Pontificem, illíque parére tanquam Chriſti Vicario, cujus jugum rebelli ſpiritu, & licentioſæ libertatis amore excuſſerunt, pro hoc Controverſiarum Judice non agnoſcere auctoritatem Eccleſiæ Univerſalis, per Caput ſuum Chriſti Vicarium pronuntiantis; ſed ipſam Scripturam, quam propterea vocant *Normam* fidei, ſeu rerum credendarum. Addunt tamen multi internum Spiritum, quem dicunt Divinam illuſtrationem. Et hinc duo manifeſta abſurda mordicus defendunt. 1. Quòd Scriptura ſit perſpicua ſeu clara. 2. Quòd ſit perfecta, hoc eſt, quòd Scriptura ſola *de omnibus, quæ ad ſalutem conſequendam ſunt neceſſaria, plenè ac perfectè nos inſtruat*, ut loquitur Gerardus L. 1. c. 18. n. 366. Adeóque quòd nullum Verbum Dei non ſcriptum, nulla detur Divina & Apoſtolica Traditio, ſed unica Scriptura S. ſit adæquatum Verbum Dei, & adæquatum motivum credendi, adæquata regula fidei. Hujus po-

Digitized by Google

poſterioris abſurdi falſitatem demonſtravimus in Articulis præcedentibus, ubi neceſſitatem Traditionum manifeſtè oſtendimus, & hic magis roborabimus dicta. Prioris falſitatem nunc oſtendemus. Poſtea verò luce clariùs docebimus, quòd Scriptura non ſit nec eſſe poſſit Judex Controverſiarum, ſive ſumatur ſola, ſive unà cum Spiritu & illuſtratione interna, quam velut S. Spiritûs teſtimonium ac interpretationem moderni Lutherani requirunt, reipſa autem non Spiritus S. ſed ſpiritus privatus, ſpiritus erroris ac mendacij, ſpiritus perfidiæ & pertinaciæ, ſpiritus ſuperbiæ & Orci eſt, ut patebis ex decurſu.

Sciendum 8. Quamvis Lutherus lib. de ſerv. arbitrio doceat, totam Scripturam eſſe claram & perſpicuam, aſſerens: *Nullam ejus partem volo obſcuram dici*; à Lutheranis tamen uti & à Calviniſtis hanc crudam & nimis univerſalem ſententiam diverſimode limitari, nam Brentius in Prolog. contra Petrum à Soto dicit, Scripturam impijs tantùm & incredulis eſſe obſcuram, atque ijs, qui vel non ſatis attentè, vel pravis affectibus faſcinati eam legunt, cæteris verò, ubi hæc impedimenta non ſunt, eſſe claram. Quod ipſum etiam dicit eodem cit. lib. Lutherus. Neque mireris, quòd Lutherus iterum limitet priùs datam doctrinam, cùm eidem omnino (more ſolito) etiam contradixerit clarè; nam paulò ante mortem ſui immemor (ut accidere conſuevit Deceptoribus) edixit: *Scri-* 8.

Digitized by Google

pturas SS. ſciat ſe nemo deguſtâſſe ſatis, niſi centum annis cum Prophetis, ut Elia & Eliſæo, Joanne Baptiſta, Chriſto, & Apoſtolis Eccleſias gubernârit. Colloq. Menſ. c. 1. Item præf. in Pſalmos candidè fatetur: *Nolim ab ullo de me præſumi, quod nullus adhuc præſtare potuit Sanctiſſimorum & Doctiſſimorum, id eſt, Pſalterium in omnibus ſuo legitimo ſenſu intelligere, & docere.* Ac infra: *Scio eſſe impudentiſſimæ temeritatis eum, qui audeat profiteri, unum Scripturæ librum à ſe in omnibus partibus intellectum.* Notâſti contradictionem? Nota etiam turpem ſequelam contra Lutherum ex priore illius ac Brentij limitatione: Scilicet Lutherum fuiſſe *impium, incredulum, & pravis affectibus faſcinatum legiſſe Scripturam in ijs partibus,* in quibus fuit ipſi obſcura. Molinæus ſic limitat: ea clarè ac dilucidè in Scripturis exprimi, quæ neceſſariò ſunt credenda. Idem ait Ameſius, ſimul tamen addit, quòd Scriptura, ſi alicubi ſit obſcura circa ejuſmodi dogmata, quæ credi debent, alibi ſe clariſſimè iterum explicet. Hos duos Calviniſtas, utì & Jo. Gerardum Lutheranum L. 1. c. 20. n. 413. & 417. hodie ſequuntur ferè cæteri Lutherani.

9. Dico jam 1. Scriptura tota & ſecundùm omnes ſuas partes non eſt clara, & perſpicua, ſed in multis obſcura & difficilis intellectu. Probatur evidenter 1. ab experientia. Quiſquis enim (etiam attentè & prævia oratione) legit Prophetias Ezechielis v. g. de viſione 4. animalium, Danielis de 7. hebdomadibus, Iſajæ, & alio-

aliorum Prophetarum, Pſalmos Davidis, Apocalypſim S. Joannis &c. experitur magnam difficultatem in intelligendis ijs, quæ legit, quia ſunt prorſus mirabilia, abſtruſa, vel etiam in ſpeciem contraria aut contradictoria. Imò & in Epiſtolis S. Pauli, quas plurimùm extollunt Lutherani, res admodum difficiles contineri deprehendet v. g. Myſterium Prædeſtinationis, comparationem Veteris & Novæ Legis, conciliationem Juſtificationis gratuitæ cum neceſſitate bonorum operum, Inobedientiam carnis, Sacerdotium Melchiſedech &c. Item, ſi ſimul quis legat Epiſtolam S. Jacobi & Epiſtolam S. Pauli ad Romanos, vix eas conciliare poterit circa fidem & bona opera &c Dum unus ſine bonis operibus fidem mortuam eſſe pronuntiat, alter opera omnia videtur excludere, & omnia tribuere fidei.

Confirmatur 1. Afferendo aliquos textus, qui planè ſunt obſcuri & intellectu difficiles. Dic mihi Lutherane, quid velit iſte textus D. Pauli: *Quid facient, qui baptizantur pro mortuis, ſi mortui omnino non reſurgunt? Ut quid baptizantur pro illis?* 1. Cor. 15. v. 29. An unus poteſt baptizari pro altero, & quidem pro mortuo? An baptismus aliquis eſt etiam ſalutaris Defunctis? Sed qualis Baptismus? Quibus Defunctis? Nos Catholici reſpondemus: baptiſmus Lacrymarum, jejuniorum, afflictionum &c. prodeſt ijs defunctis, qui exiſtunt in Purgatorio. Quomodo vos interpretamini? Certè nihil clarè ac

Digitized by Google

perſpicuè dictum pro vobis invenietis. Rurſus quid volunt iſta verba Joannis Baptiſtæ de Baptiſmo Chriſti vaticinantis: *Ipſe vos baptizabit in Spiritu S. & igni?* Mat. 3. v. 11. An in Baptiſmo Chriſtianorum adhibendus eſt ignitus torris? ſicut ob hunc textum fecerunt Herminiani & Seleuciani. Quid dicis ad hos duos textus, dum Jacob Gen 32. v. 30. ait: *Vidi Deum facie ad faciem.* Et Exod. 33. v. 20. legitur: *Non videbit me homo, & vivet.* Item ad hos duos: *Non reſurgent impij in Judicio.* Pſal. 1. v. 5. Et: *Omnes quidem reſurgemus, ſed non omnes immutabimur.* 1. Cor. 15. v. 51. Denique ad hos duos: *Ne reſpondeas ſtulto juxta ſtultitiam ſuam.* Prov. 26. v. 4. Et: *Reſponde ſtulto juxta ſtultitiam ſuam* ibidem v. 5. An non iſta videntur inter ſe pugnare? Taceo alios innumeros textus, in quibus explicandis & conciliandis diu multúmque deſudârunt Sanctiſſimi quique & Doctiſſimi Viri. Ex quibus illud ingenij & ſanctitatis prodigium S. Auguſtinus fatetur ep. ad Januarium 119. c. 21. *ſe in ſacris Scripturis plura neſcire, quàm ſcire.* Unde

Confirmatur 2. Ex tot commentarijs SS. PP. & Doctorum, qui ab origine Eccleſiæ uſque ad noſtra tempora ſummo cum labore conati ſunt Scripturæ arcana aſſequi & fidelibus exponere; quod imprudenter feciſſent, ſi Scripturæ eſſent tam claræ, ut à quovis ſutore, ſartore, vili muliercula intelligi poſſent. Item ex commentarijs ipſorúmet Lutheranorum SS. Litteras inter-

Digitized by Google

terpretantium. Ex conſtituto apud Lutheranos Magiſterio Eccleſiaſtico, & Præconum officio, qui tenentur explicare Verbum Dei populo. Ubi etiam hoc adverto, quòd populus, præſertim qui legere neſcit, debeat credere verbis Præconum, & quidem ita, ut ſibi perſuadeat certiſſimè, Præcones ſibi afferre & explicare purum putum Verbum Dei. Huic populo igitur ſufficit verbum Præconis, hominis privati, ejúsque aſſertio (quæ utique non eſt Verbum Dei ſcriptum, per ſe cognitum populo) ut credat, ſibi proponi verum & incorruptum Verbum Dei. Ergo credit propter Verbum Dei non ſcriptum, quòd ſibi proponatur Verbum Dei ſcriptum. Ergo à fortiori Catholici credere poſſunt Verbo Pontificis, qui non eſt homo privatus & ſimplex Miniſtellus, ſed Caput Eccleſiæ à Chriſto conſtitutum, Succeſſor Petri, Vicarius Chriſti, Paſtor Univerſalis omnium ovium ad Chriſti ovile pertinentium.

Probatur 2. à priori; quia in Scripturis SS. 10. continentur Myſteria valde ſublimia, ardua, captu difficilia, utì Myſterium Trinitatis, Myſterium Evchariſtiæ &c. Continentur Prophetiæ de rebus futuris &c. ac inſuper non habemus autographa, ſeu illa exemplaria prima illarum linguarum, in quibus initiò ſcripta ſunt; ſed habemus ſolummodo Transſumpta, & quidem in varias linguas traducta, quæ in lingua Latina, Germanica &c. non poſſunt clarè exprimi propter diverſos loquendi modos Hebrai-

Digitized by Google

ci & Græci ſermonis; hinc illæ tortæ & mirabiles locutiones, quas videmus in Scripturis v g. *In convertendo Dominus captivitatem Sion facti ſumus ſicut conſolati.* Pſal. 125. v. 1. Ubi in hac locutione eſt verbum, ad quod ſpectet τὸ *Dominus*? Ergo Scriptura in multis locis debet eſſe obſcura, abſtruſa, & difficilis intellectu, tum propter ſublimitatem Myſteriorum & rerum, tum propter verborum & dictionis modum, præſertim cùm præter Græciſmos & Hebraiſmos ſæpe occurrant locutiones figuratæ, ſcilicet tropi, hyperbolæ, metaphoræ, allegoriæ &c. Quibus omnibus accedit imbecillitas humani intellectûs, qui præter naturalem imbecillitatem ſubinde imbutus & præoccupatus eſt varijs principijs falſis, & ineptis opinionibus.

11. Probatur 3. Ex ipſa Scriptura S. tum Novi tum Veteris Teſtamenti propriam obſcuritatem teſtante. S. Petrus in ep. 2. c. ult. v. 16. loquens de Epiſtolis S. Pauli expreſsè ait: *In quibus ſunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & inſtabiles depravant, ſicut & cæteras Scripturas, ad ſuam ipſorum perditionem.* S. Lucas c. 24. v. 45. dicit, quòd Chriſtus diſcipulos poſt Reſurrectionem ſuam docuerit ſenſum Scripturarum, quem priùs ignoraverant: *Tunc aperuit illis ſenſum, ut intelligerent Scripturas.* Idem Lucas in Actis c. 8. narrat de Eunucho Reginæ Candacis, quòd legens Iſajam Prophetam interrogatus ſit à Philippo: *Putásne intelligis, quæ legis?* Ille autem reſponderit: *Quomodo poſſum, ſi non aliquis oſtenderit mihi?*

Digitized by Google

mihi? Deinde nunquid ipſe Chriſtus hortatus eſt Judæos: *Scrutamini Scripturas?* Jo. 5. v. 39. haud dubiè ut accurata ſcrutatione reperiant, quæ per ſe non patent, nec cuivis obvia ſunt, & intellectu facilia. Denique, ut etiam ex veteri Teſtamento afferamus teſtimonium, quoties David petit lumen & intellectum à Deo, ut Legem Moſaicam intelligeret? *Revela oculos meos*, exclamat pſ. 118. v. 18. *Et conſiderabo mirabilia de Lege tua.* Et v. 73. *Da mihi intellectum, ut diſcam mandata tua.* Quæ poſtulata planè fuiſſent frivola, ſi Scripturæ Moſaicæ fuiſſent tam claræ; quis enim prudens poſtulat removeri velum aut petit perſpicilia, ſi objectum per ſe clarè propoſitum, & ipſe non ſit luſcus?

Dico 2. Scriptura nec in ijs omnibus, quæ 12.
ſunt neceſſaria ad ſalutem, ſeu neceſſariò credenda & facienda, clara eſt & perſpicua. Probatur 1. Inter ſcitu & creditu neceſſaria vel maximè eſt exiſtentia, & integritas S. Scripturæ. Item Myſterium SS. Trinitatis, Divinitatis Chriſti, Evchariſtiæ &c. ut neque Lutherani negant; ſed hæc in S. Scriptura nullibi inveniuntur clarè expreſſa & dilucidè; ubi enim? Citetur locus clarus, qui non commodè poſſit aliter exponi, quàm exponant Lutherani: ergo nec in omnibus, ad ſalutem ſcitu & factu neceſſarijs, clara eſt.

Probatur 2. Nullibi in Scripturis clarè exprimitur, quænam ſint illa, quæ ſunt neceſſariò credenda & facienda: ergo gratìs dicitur, quòd illa

Digitized by Google

illa omnia, quæ neceſſariò credenda & facienda, ſint clarè in Scripturis expreſſa, cùm neſciatur, quænam ſint illa.

Probatur 3. Nullibi eſt clarè expreſſum, quòd ea, quæ ſunt neceſſaria ad ſalutem, ſint clarè expreſſa in SS. Litteris. Cur ergo tam audacter id aſſerunt Lutherani? Imò neque per claram & pronam conſequentiam indè deducitur. Præterea ſi ea deduci contendas, tunc quæro: vel hoc eſt neceſſariò credendum, quòd omnia ad ſalutem neceſſaria ſint deducta ex Scripturis, vel non eſt neceſſariò credendum? Si eſt neceſſariò credendum, tunc etiam cætera, quæ ſolùm deducuntur ex Scriptura, & clarè non ſunt expreſſa, ſunt neceſſariò credenda; quod eſt contra Adverſarios. Si non eſt neceſſariò credendum, hoc ipſo poteſt negari; conſequenter infallibiliter non ſunt certi Lutherani, quòd omnia ſint deducta ex SS. Litteris, quæ ſunt neceſſariò credenda & facienda, ut quis ſalutem conſequatur. Quidſi igitur (utì fieri poſſe iſte diſcurſus oſtendit; & quis Deum cogat, ut omnia revelet clarè in SS. Litteris?) non omnia eſſent clarè deducta, quæ ſunt ad ſalutem neceſſaria? Certè Lutherani neceſſariò perirent, quia non crederent, nec facerent omnia, ad ſalutem conſequendam neceſſaria; ſi tamen aliqui crederent, non tamen crederent illa tanquam à Deo revelata, conſequenter non fide Divina, ſed Humana.

Di-

Digitized by Google

Dico 3. Scriptura neque ſemper ſe ipſam 13
clarè explicat alibi, ſi in quibusdam rebus ad ſalutem neceſſarijs alicubi loquatur obſcurè.

Probatur 1. Nullibi clarè explicat Myſterium SS. Trinitatis, Myſterium Divinitatis Chriſti, Evchariſtiæ &c. Imò ſæpe unus textus, qui ſeorſim acceptus videtur eſſe clarus, per aliorum textuum additionem fit obſcurus: ergo Scriptura non ſemper ſe ipſam explicat per alios textus clariores. Ant. quoad primam partem conſtat ex dictis, & ex eo, quia oſtendi non poteſt textus clariùs explicans obſcuros. Quoad alteram probatur: iſte textus: *Hoc eſt Corpus meum*, videtur clariſſimè indicare realem præſentiam Corporis Chriſti in Evchariſtia: at verò ſi adjungantur alij v. g. Jo. 6. v. 64. *Caro non prodeſt quidquam*. & Jo. 12. v. 8. *Me autem non ſemper habetis* &c. iterum obnubilatur. Sic Paulus ad Rom. 3. v. 28. videtur juſtificationem hominis clarè tribuere fidei ſine operibus dicens: *Arbitramur enim juſtificari hominem per fidem ſine operibus Legis*. Sed hæc doctrina tam optata Lutheranis iterum evertitur & obſcuratur per textum ad eosdem Rom. c. 2. v. 13. *Factores Legis juſtificabuntur*. Et per textum 1. Jo. 3. v. 7. *Qui facit juſtitiam, juſtus eſt*. Qui textus videntur omnino contradicere priori, & nequaquam unus explicat alterum.

Probatur 2. Ut unus textus explicet alterum, debet nobis conſtare certò, quinam ſit clarior, & uter ſit explicandus per alterum, an

Tex-

Digitized by Google

textus A. per textum B. an viciſſim textus B. per textum A. Sed iſta ex Scriptura clarè non conſtant: ergo unus textus non clarè explicatur per alterum. Sic non clarè conſtat, ex Scriptura, an textus, in ſpeciem clariſſimus, *Pater major me eſt*, ſit explicandus per alium, in ſpeciem non ita clarum, *Ego & Pater unum ſumus*, an verò viciſſim.

14. Dico 4. Etiam doctis, probis, fidelibus, prædeſtinatis, reverenter & attentè legentibus obſcura eſt ſæpius Scriptura Sacra. Probatur 1. David, Apoſtoli, S. Hieron. S. Auguſtinus, & alij Patres paſſim habuerunt magnam difficultatem in intelligendis Scripturis SS. ſed iſti utique fuerunt docti, probi, fideles, prædeſtinati, reverenter & attentè legentes & ſcrutantes diligenter Scripturam; ergo.

Probatur 2. Lutherani vel alij Sectarij, contra quos eſt hæc aſſertio, per intolerabilem impudentiam & ſtolidam arrogantiam ſine ulla ratione ſe præhabent cæteris omnibus, qui Scripturam aliter interpretantur ac ipſi, imò omnes alios arguunt imperitiæ, ſtupiditatis, improbitatis, negligentiæ, infidelitatis, imò & (quod prorſus ſtultum eſt, eò quòd hæc res ſit prorſus abſcondita ab oculis hominum) reprobationis: ergo iſta limitatio eſt prorſus temeraria, imprudens, & nulla, qua dicunt aliqui, peritis, probis, fidelibus, prædeſtinatis, attentè & reverenter legentibus claram & perſpicuam eſſe Scripturam.

Pro-

Probatur 3. Incertum prorſus eſt, quinam ex ijs, qui S. Scripturam diverſimodè interpretantur, ſint doctiores, probiores, fideles, prædeſtinati, magìs attentè & reverenter legentes: ergo Lutherani hac ſuâ limitatione non faciunt ſe certos de vero & genuino ſenſu Scripturæ. Imò cæteri omnes poſſunt contra hos inſolentes criminatores inſurgere, ac eodem, imò meliori jure, ipſis dicere: Vos eſtis indocti, improbi, infideles (cùm manifeſta ſint indicia, quòd Lutherana Secta ſit falſa, ut ante annum oſtendi in Examine Polemico art. 5.) & ideo etiam reprobi, atque Scripturam detorquentes impiè in perverſos ſenſus, præſertim quia eam interpretamini contra communem PP. & Eccleſiæ Univerſalis, à quo perfidè egreſſi eſtis, explicationem.

Neque dicas, ſaltem in rebus ad ſalutem neceſſarijs Scripturam eſſe claram viris doctis, probis &c. Nam contra eſt 1. Quia Apoſtoli & SS. Patres &c. etiam illas Scripturas, quæ ſunt de Chriſto (& ideo utique complectentes neceſſaria ſcitu) non intelligebant, ſaltem non ſine difficultate. De Apoſtolis clarè teſtatur D. Lucas c. 18. v. 34. Cùm enim Chriſtus ipſis diceret, *conſummanda eſſe omnia, quæ ſcripta ſunt per Prophetas de Filio hominis; traditur enim Gentibus &c. Et poſtquam flagellaverint, occident eum, & tertia die reſurget.* Addit ſacer Textus: *Et ipſi nihil horum intellexerunt, & erat Verbum abſconditum ab eis, & non intelligebant, quæ dicebant*

Digitized by Google

tebantur. De SS. Patribus verò conſtat indè, quia etiam poſt revelatum Evangelium ex Scriptura ſola non poterant clarè convincere Sabellianos, quòd detur Deus unus & Trinus in Perſonis ſeu tres Hypoſtaſes, contra Arianos, quòd Chriſtus ſit conſubſtantialis Patri, contra Macedonianos & Græcos, quòd Spiritus S. ſit verus Deus, à Patre Filióque procedens, contra Neſtorianos & Eutychianos, quòd una in Chriſto deturPerſona, licèt duæ dentur Naturæ, contra Cyprianum & Africanos, quòd Baptismus ab hæreticis collatus valeat. Cùm hæc & ſimilia potiùs ex communi ſenſu Patrum & Eccleſiæ explicatione ac traditione in Concilijs definita ſint, quàm ex claris Scripturæ verbis. Et quis ex Adverſarijs (utut doctus, probus, & fidelis &c. ſibi videatur) ex ſola Scriptura clarè convincet Anabaptiſtam, quòd baptizandi ſint parvuli, & non etiam ijsdem præbenda ſit Evchariſtia? cùm Scriptura videatur loqui æqualiter de neceſſitate Evchariſtiæ & Baptismi, dicens: *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu S. non poteſt introire in Regnum Dei.* Jo. 3. v. 5. Et: *Niſi manducaveritis carnem Filij hominis & biberitis ejus ſanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Jo. 6. v. 54. Præſertim cùm ſpecialis ab ipſa Scriptura indicetur ratio, cur parvuli non poſſint baptizari, cùm ante Baptismum videatur Scriptura exigere fidem actualem, quam infantes non poſſunt elicere; ait enim: *Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſalvus erit: qui verò*

non

Digitized by Google

non crediderit, condemnabitur. Marc. 16. v. 16. Contra eſt 2. Sicut incertum eſt, quinam ſint verè docti, probi, fideles, prædeſtinati &c. Ita etiam apud ipsóſmet Adverſarios incertum eſt, quænam ſint illæ res omnes, quæ ad ſalutem ſcitu & factu ſunt neceſſariæ. Aſſignent nobis ex claris Scripturæ textibus, quinam Articuli ſint neceſſariò credendi, quænam mandata morum omnibus & neceſſariò obſervanda. Verùm hoc nunquam poterunt. Quomodo ergo tam audacter pronuntiant, ea, quæ neceſſaria ſunt ad ſalutem, eſſe omnia in Scripturis clara viris doctis, probis &c.?

Dico 5. Scriptura S. non eſt Judex controverſiarum, quæ oriuntur circa res fidei & Religionis, & circa genuinum Scripturæ ſenſum. 151
Probatur evidenter 1. De Scriptura ipſa ſæpe eſt lis & controverſia; nimirum an detur, & quænam ſit Divina, quæ legitima illius verſio, quis legitimus illius ſenſus &c. Sed iſtæ controverſiæ non poſſunt decîdi à Scriptura: ergo non eſt Judex legitimus controverſiarum circa res fidei, utpote qui omnes controverſias debet poſſe dirimere, ne fideles incidant in errorem. Min. quoad prima tria membra patet ex art. 2. quoad quartum membrum patet ex paulò antè dictis; quia nos oſtendimus clarè, quòd Scriptura in multis ſit obſcura; quomodo ergo poterit Scriptura ſola ſufficere, ut certò & infallibiliter cognoſcamus genuinum illius ſenſum? Accipe, quæſo, aliquem textum obſcurum & ama-

Digitized by Google

ambiguæ interpretationis, & interroga Scripturam, quid decîdat, quis verus ſit ſenſus? Et nihil aliud tibi reſpondebit, quàm verba dubia, & quidem ſemper eadem, etiamſi centies illam interrogaveris, in quibus tamen tu anceps hæres. Hinc

Prob. 2. Judex controverſiarum fidei (ſicut quicunque alius Judex) debet ſuam ſententiam clarè ac apertè proferre: ſed Scriptura S. ſuam ſententiam ſæpe non profert clarè ac apertè; cùm ſit in plurimis locis obſcura ac difficilis intellectu etiam in præcipuis ac neceſſarijs fidei Myſterijs, ut vidimus: ergo. Id ipſum etiam de præceptis morum dicendum eſt. Sit pro exemplo inſtitutio Evchariſtiæ: Chriſtus teſte Scriptura dixit ad diſcipulos: *Accipite & comedite: bibite ex hoc omnes.* Matth. 26. v. 26. 27. *Et vos debetis alter alterius lavare pedes.* Jo. 13. v. 14. Jam dicite mihi Adverſarij, quare priora verba contineant præceptum, vi cujus teneamur ſumere Evchariſtiam, & quidem (ut vos vultis) ſub utraque ſpecie, poſteriora verò non contineant præceptum; cùm tamen verbum *debetis* longè expreſſiùs ſignificet præceptum, quàm verba *comedite, bibite.* Ergo Scriptura nec in præceptis morum apertè profert ſententiam, nec ipſa decîdit litem hanc: *An neceſſe ſit lavare pedes ante ſumptionem Evchariſtiæ:* ergo Scriptura non eſt Judex.

Probatur 3. Fuerunt ſubinde, ac deinceps etiam oriri poſſunt controverſiæ ad fidem & Re-

Digitized by Google

Religionem ſpectantes, de quibus tamen in Scriptura S. penitus nulla fit mentio v. g. olim tempore S. Auguſtini & S. Cypriani agitabatur hæc controverſia: *an baptizati ab hæreticis ſint rebaptizandi* &c. De quo nec verbulum eſt in Scriptura: ergo Scriptura circa ejusmodi controverſias non poteſt eſſe Judex.

Probatur 4. Scriptura S. eſt *Lex*, & Divinorum Decretorum *Codex*: ergo non eſt Judex. Quis enim unquam ex Juriſtis aſſeruit, in Republica Civili non eſſe alium Judicem, quàm ipſos Legum Codices? cùm ſæpe de ipſis Legibus, & earum ſenſu oriatur lis. Ergo neque in Republica Eccleſiaſtica ſacer Codex ſimul poteſt eſſe Judex.

Probatur 5. Ut certa ferri poſſit ſententia ex Scriptura S. debet certò conſtare de ſenſu Scripturæ S. ſed Lutherani, cùm ſæpiſſime tantùm ope diſcursûs deducant ex variis textibus, quid Scriptura velit (vel potiùs divinent) non ſunt certi de vero Scripturæ ſenſu; quia certi non ſunt, utrùm rectè deducant, utrùm non forment malam conſequentiam, à ſua ratione decepti, per quam formant. Hìc in anguſtias redacti Lutherani, poſtquam Eccleſiæ tribunal repudiârunt contra expreſſum Chriſti mandatum, ſub anathemate jubentis audiri Eccleſiam, *qui Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus*, varia tentant effugia. Plurimi ad latebras ſe recipiunt, & de genuino Scripturæ ſenſu ſe certos ajunt ex interno quodam lumi-

ne, ac arcano Spiritu, quem vocant illuſtrationem Spiritûs S. ſed meliùs vocarent Spiritum privatum, uti revera eſt. Atque hinc

16. Dico 6. Scripturæ ſenſus ordinariè non poteſt certò & infallibiliter cognoſci per Spiritum ſeu illuſtrationem internam. Seu, quod idem eſt, Spiritus internus unà cum Scriptura S. non poteſt eſſe Judex legitimus controverſiarum circa Religionem occurrentium.

Probatur 1. Spiritus internus Lutheranorum non eſt publicus: ergo eſt privatus, ſeu Spiritus alicujus privati hominis, vel plurium privatorum. Atqui nullus Spiritus privatus, vel privatorum hominum eſt infallibilis: ergo ex illo non poteſt certò & infallibiliter cognoſci genuinus Scripturæ ſenſus. Ante. & Conſ. ſunt per ſe clara. Subſumptum probatur 1. juxta Lutheranos infallibills non eſt Spiritus publicus totius Univerſalis Eccleſiæ, ſive Spiritus Principis Eccleſiaſtici, etiam cum Univerſali Concilio loquentis: ergo multò minùs Spiritus privatorum hominum. 2. Nullus homo privatus poteſt probare vel ex ratione vel ex promiſſione Chriſti, ſuum Spiritum eſſe infallibilem interpretationem Scripturæ: ergo.

Prob. 2. Spiritus internus privatorum hominum non eſt Spiritus Divinus: ergo eſt Humanus: atqui omnis Spiritus humanus, ſicut omnis homo mendax, eſt fallibilis & errori obnoxius: ergo. Ant. probatur 1. quia ex nullo capite probari poteſt, quòd ſit Divinus. 2. Spiritus

ritus Divinus non poteſt dictare contradictoria: ſed Spiritus privatorum hominum dictat contradictoria & inter ſè pugnantia: ergo. Ma. eſt evidens, cùm una pars ex contradictorijs ſit neceſſariò falſa, & Deus teſtari falſum evidenter nequeat. Mi. prob. Spiritus ille internus Lutheranis dictat v. g. per hæc verba *Hoc eſt Corpus meum* ſignificari realem Corporis Chriſti præſentiam in Eucharistia, Calviniſtis autem & Sacramentarijs dictat, non ſignificari realem præſentiam, ſed ſolam Corporis Chriſti figuram &c. Imò ipsiſmet Lutheranis dictat diverſos ſenſus prædictorum verborum, & quidem tam multos, ut Chriſtophorus Raſpergerus circa prædicta verba: *Hoc eſt Corpus meum.* Et: *Hic eſt Sanguis meus.* Matth. 26. v. 26. 28. ducentas Lutheranorum interpretationes collegerit, & peculiari libello Ingolſtadij impreſſo jam anno 1575. vulgaverit. Quid cogitandum de alijs textibus longè abſtruſioribus? Quàm varias varijs dictabit hic Spiritus interpretationes? aliam Petro, aliam Paulo, aliam docto, aliam rudi, aliam ſutori, aliam ſartori, aliàm marito, aliam uxori &c. 3. Quotidiana docet experientia in omnibus controverſijs, quæ vigent tum inter nos & Lutheranos, tum inter ipſos Lutheranos, quòd ſibi Spiritus internus dictet diverſas interpretationes, dum unus dicit, ego ſecundùm internum inſtinctum & lumen ſic intelligo hunc textum; alter dicit, ego aliter intelligo; tertius, quartus, quintus &c. dicunt, ſe iterum aliter in-

Digitized by Google

telligere, etiamſi attentè legerint ſinguli Scripturas, & Deum ardenter rogaverint, ut ſibi aperiret verum ſenſum.

Prob. 3. Æquè incertum, ignotum, & dubium eſt, an Spiritus internus ſit à Deo inditus, quàm incertum, ignotum, ac dubium eſt, an hic vel ille ſit ſenſus Scripturæ à Deo intentus; vel etiam adhuc incertius: ergo ex Spiritu interno non poteſt cognoſci certò & infallibiliter genuinus Scripturæ ſenſus; quia per ignotum non poteſt innoteſcere ignotum.

Probatur 4. Spiritus internus eſt medium prorſus inutile ac vanum ad componendas controverſias, & deprehendendum verum Scripturæ ſenſum: ergo. Ant. prob. 1. Quia quilibet ex Partibus litigantibus poteſt dicere, ſe habere & experiri in ſe certiſſimum Spiritûs S. teſtimonium. Sic Calviniſta aſſeret, ſe doceri à Spiritu S. per internum lumen, ſic Anabaptiſta, ſic Zwinglianus, ſic Schwenckfeldianus, ſic Lutheranus &c. Licèt diverſiſſima inter ſe ſentiant, & aſſerant ediametro oppoſitas interpretationes Scripturæ. Quomodo Lutheranus erroris convincet Calviniſtam, Anabaptiſtam, vel etiam Catholicum, aliter ſentientes? Quo argumento certo (vel etiam probabili tantùm, licèt hoc nondum ſufficeret) perſuadebit alijs, ſuum dictamen & Spiritum eſſe à Deo, aliorum non eſſe? Si dicat, ſe indè probare, quia ipſe eſt fidelis ſeu in vera Eccleſia, non autem Adverſarij, redit quæſtio, unde probet, ſe potiùs, quàm

alios,

Digitized by Google

alios, eſſe fidelem; cùm fidelis eſſe nequeat, qui perperam intelligit Scripturam, cùm talis veram fidem non habeat: atqui quòd intelligat ritè Scripturam, probare vult ex Spiritu interno, adeóque incertum probat per incertum, veram fidem utì & genuinum Scripturæ ſenſum per Spiritum internum prorſus incertum; nec ſine circulo vitioſo; quia viciſſim ſuum Spiritum internum probat per veram Eccleſiam, in qua ſe eſſe ait, nec tamen aliunde, niſi per Spiritum internum probare poteſt, ſe eſſe in vera Eccleſia, & habere veram fidem. Si dicat, ſe indè probare, quia ipſe eſt prædeſtinatus, cæteri non ſunt; tunc affert aliquid pro argumento, quod in hac vita eſt prorſus abſconditum, & nemini ordinariè revelatur; & quod alij omnes poſſunt dicere eodem jure de ſe ipſis. Si dicat, ſe diligenter priùs orâſſe Deum, qui non eſt tam crudelis, ut neget *Spiritum bonum petentibus ſe*, item ſe attentè, & nullo præjudicio faſcinatum, nulla ſiniſtra apprehenſione præoccupatum, legiſſe Scripturam. Sed quomodo probat iſta? An non eodem jure hæc dicent vel dicere poterunt cæteri omnes, Calviniſta, Zwinglianus, Catholicus? Primum Ant. prob. 2. quia Spiritus internus nec videtur, nec auditur à Partibus litigantibus, ſed ſolùm ab una Parte ſentitur, & neque ab hac ſemper ſatis intelligitur, ſaltem non dignoſcitur clarè, an à Deo ſit: ergo eſt prorſus inutilis ad componendas lites inter Partes diverſa ſentientes. Prob. 3. Quia Spiritus

Digitized by Google

tus internus nulla pollet auctoritate in Partes litigantes, vi cujus opportunè compellat obſtinatos, quæ prorſus eſt neceſſaria in Judice: cum par in parem, privatus in privatum nullam habeat poteſtatem, nullum imperium.

Prob. 5. In nulla Republica Civili unquam permiſſa eſt privatis hominibus interpretatio Legum humanarum, & compoſitio litium: ergo multò minùs debet interpretatio Legum Divinarum & compoſitio controverſiarum fidei permitti judicio hominis vel hominum privatorum in Republica Eccleſiaſtica. Quæſo, quid fieret, ſi furibus daretur poteſtas interpretandi Leges Cæſareas? Certè ſimplex foret, qui non benigna interpretatione ſe liberaret à laqueo &c.

Prob. 6. Si Spiritus internus eſt Judex controverſiarum & ultimata regula, quomodo Scriptura ſit intelligenda, tunc impoſſibile eſt dari Unionem & concordiam inter membra Eccleſiæ, dum unus hôc, alius alio modo interpretabitur Scripturam, & nullus attendet alterius expoſitionem, utpote ab interno ſuo Spiritu aliam edoctus. Adeóque tot ferè erunt hæreſes & diverſæ Religiones, quot homines; tot ſententiæ, quot capita; dum quilibet credet, quod & quantum volet. Cujus rei illuſtre exemplum refert Barclajus in Icone animorum c. 4. quòd ſcilicet in eadem familia tribus capitibus (Patre & duobus Filijs) conſtante tres quoque

Ec-

Digitized by Google

Eccleſiæ ſeu diverſæ Religiones enatæ ſint; cùm enim pervicaciùs de rebus Divinis agerent, diſſenſit initiò Pater, & propterea excommunicatus à filijs: mox autem, cùm fratres quoque diverſimode interpretarentur Scripturas, ac in diverſas abirent ſententias, alter alterum à cœleſti conſortio & fidelium communione excluſit. Proin hic Spiritus internus non modò ſeminarium eſt omnium errorum, ſed etiam confuſionis & diſſenſionum fœcunda mater: qui enim ſeipſum conſtituit ſui Magiſtrum, ſtulti diſcipulus efficitur.

Prob. 7. Ex abſurdis ſequelis. Si enim fideles hoc interno Spiritu ſatìs inſtruuntur ad diſcernendum verum à falſo, ſequitur 1. Fruſtra conſuli Doctores, fruſtrà inſtitui Diſputationes, fruſtra à Lutheranis conſtitui Paſtores, Diaconos, Parochos, Speciales, Præcones, Superintendentes, atque alios cum tanta appendice filiorum & filiarum, famulorum famularúmque &c. ad quid enim tanta & tam inutilis profuſio redituum? Quare non exſcinditur totum Magiſterium Eccleſiaſticum? Sequitur 2. Fruſtra fuiſſe congregata tot Concilia tantis ſumptibus, fruſtra Chriſtum & Apoſtolos patrâſſe miracula, per Orbem circumcurſâſſe inter tantos ſudores & difficultates ſpargendo ſemen Verbi Divini &c. Quoniam aliud non fuiſſet opus, quàm per curſores mittere Evangelium, quo lecto vel audito mox per Spiritum internum certò conſtitiſſet ſingulis de Divinitate

Chriſti, de duabus ejus Naturis & una Perſona, de Baptiſmo, de Evchariſtia, & alijs fidei Myſterijs, & morum præceptis.

Confirmatur denique ex ipſa Scriptura S. in qua dicitur: *Hoc primùm intelligentes, quòd omnis Prophetia Scripturæ propria interpretatione non fit.* 2. Petri 1. v. 20.

17. Dico 7. Lutherani errant in intelligendo Verbo Dei ſcripto. Colligitur & conſequitur hæc aſſertio manifeſtè ex præcedentibus. Scriptura enim, cùm ſit ſæpius obſcura, ſe ipſam non explicat clarè, ſed à varijs variè intelligitur, neque etiam certò ac infallibiliter explicatur ab interno Spiritu, imò hunc Spiritum eſſe erroneum, clarum eſt ex eo, quia diverſis diverſos Scripturæ ſenſus ſuggerit; atque, etiamſi fortè in aliqua materia verum ſenſum Lutheranis dictaret, id tamen prorſus per accidens foret, & neutiquam eos redderet certos de genuina interpretatione, utpote caſu, non Divino Magiſterio edoctos. Ex quo apparet, Lutheranos, tametſi fortaſſis veram Scripturæ interpretationem ſubinde conſequantur, cùm ſcilicet non diſſentiunt à Catholicis, nullam tamen elicere fidem Divinam, quia legitimum Scripturæ ſenſum non cognoſcunt certò ac infallibiliter; non ex revelatione Divina, ſed ſolùm conjecturaliter, per accidens, & ex humana ac propria perſuaſione. Verùm hinc

18. Quæres, quomodo Catholici reddantur certi ac infallibiles ex revelatione Divina de genui-

Digitized by Google

no Scripturæ ſenſu? Quis apud ipſos ille ſit infallibilis Judex in Scriptura S. exponenda aliiſque controverſijs fidei componendis? ℟. Catholicos de hoc certos reddi per Verbum Dei non ſcriptum, ſive per revelationem Divinam non ſcriptam, quæ nihil eſt aliud, quàm traditio, interpretatio, atque auctoritas Eccleſiæ, per quam Spiritus S. non minùs loquitur fidelibus, omnémque veritatem docet, ac per Scripturas SS. Eccleſiæ enim ſuæ Romano-Catholicæ (quæ quia olim ſaltem fuit vera etiam juxta Lutheranos, etiam hodiedum eſt vera, & Chriſti Eccleſia propter promiſſiones à Chriſto factas, quòd nunquam ſit defectura à veritate) dixit Chriſtus: *Ecce ego vobiſcum ſum uſque ad conſummationem ſæculi.* Matth. 28. *Portæ inferi non prævalebunt adverſus eam.* Matth. 16. *Qui vos audit, me audit.* Luc. 10. Imò jam in antiquo Teſtamento Iſajas prædixit, Spiritum Veritatis ab ore Eccleſiæ Chriſti nunquam receſſurum, ait enim c. 59. *Cùm venerit Sion Redemptor, & eis, qui redeunt ab iniquitate in Jacob, dicit Dominus. Hoc fœdus meum cum eis. Spiritus meus, qui eſt in te, & verba mea, quæ poſui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore ſeminis tui, & de ore ſeminis ſeminis tui, dicit Dominus amodo, & uſque in ſempiternum.* Cùm verò Eccleſia tota, ſeu quoad ſingula membra non poſſit audiri, audiri debent ejus Paſtores & Doctores cum Summo Paſtore, Chriſti in terris Vicario, *Romano Pontifice* congregati ac uniti, vel ſaltem

iſte

iſte ſolus (cùm Concilia Generalia cogere ſæpe difficillimum, imò quandoque impoſſibile ſit) ex Cathedra loquens, ubi propter peculiarem Spiritûs S. aſſiſtentiam, à Chriſto ipſi in S. Petro, cujus Succeſſor eſt, ſpecialiter promiſſam, infallibilis redditur, & legitimus omnium controverſiarum circa fidem & Religionem occurrentium Judex, uti fusè oſtendimus in *Papatu nunquam errante*. Hunc Judicem quia Lutherani abjecerunt, ne regnaret ſupra ſe Chriſti Vicarius, ſuperbiâ, odiô, aliiſque perverſis paſſionibus erga Romanum Pontificem excæcati, ideo dati ſunt in reprobum ſenſum, in tenebris ambulant, ſine Duce, ſine Paſtore, ſine Rectore velut errantes oves vagantur, deſtituti paſcuis veræ ac ſalutaris Scientiæ, hoc eſt, Verbi Divini tam ſcripti quàm non ſcripti, atque *velut parvuli fluctuantes circumferuntur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in aſtutia ad circumventionem erroris.* Eph. 4. v. 14.

Irriti Lutheranorum conatus.

19. OB. 1. Scriptura S. eſt lux, lumen, lucerna &c. *Lucerna pedibus meis Verbum tuum, & lumen ſemitis meis.* Pſal. 118. Ergo eſt clara & dilucida. ℞. Diſt. Ant. Scriptura S. ritè intellecta, vel declarata, eſt lucerna, lumen &c. C. Ant. Antequam ritè intelligatur, vel declaretur legitima auctoritate. N. Ant. & Conſ. Eſt igitur lux, quæ illuminat, non tamen niſi poſita in Candelabro Eccleſiæ, à qua declarari debet

bet, ut ritè intelligatur: id quod ipſe David Pſal. cit. v. 130. inſinuavit, dicens: *Declaratio ſermonum tuorum illuminat, & intellectum dat parvulis.* Res ferè ſe habet eodem modo, quo Logica dici poteſt obſcura & clara: obſcura eſt, antequam Regulæ illius ritè intelligantur & declarentur: clara autem, ita ut fax aliarum Scientiarum rectè appelletur, poſtquam explicata & ritè intellecta eſt. Sic pariter Scriptura, ritè intellecta, illuminat nos, dirigit actiones noſtras &c. Antequam verò declaretur, in multis obſcura eſt.

Dices 1. S. Paulus 2. Cor. 4. v. 3. 4. ait: 20.
Quòd ſi etiam opertum eſt Evangelium; in ijs, qui pereunt, eſt opertum: in quibus Deus hujus Sæculi excæcavit mentes infidelium &c. Unde Gerhardus Lo. 1. n. 428. notat, diſtinguendum eſſe intellectum hominis nondum *renati* (ſive baptizati) & inter intellectum in *renatis* lumine gratiæ colluſtratum: illi omnia Myſteria ſunt obſcura, huic verò neceſſaria ſunt manifeſta, quin imò Spiritus S. per ipſam Scripturam mentis noſtræ tenebras connatas tollit, & ſpirituali luce nos colluſtrat: ergo Scriptura in ijs, quæ ſunt neceſſaria ad ſalutem, ſolùm infidelibus obſcura eſt, & reprobis. ℟. 1. C. textum N. Conſ. non enim Paulus ibi loquitur de omnibus Myſterijs ad ſalutem neceſſarijs, ſed tantùm de Chriſto & Paſſione ejus, præter quos articulos utique etiam alij neceſſariò credendi ſunt v. g. de Spiritu S. de Eychariſtia &c. Deinde

Digitized by Google

Paulus ibi non loquitur de tota Scriptura, neque de toto Evangelio; quippe tunc nondum erat conſcriptum Evangelium ab omnibus Evangeliſtis. ℞. 2. Paulus loquitur de ijs, qui malitiosè non audiunt Evangelium vel ejus interpretationem; eò quòd proprijs peccatis excæcati occludant aures ſuas & oculos, ne videant veritatem, quales aliqui erant ex ijs infidelibus, quibus Paulus prædicabat; *prædicabat*, inquam, eò quòd Paulus nihil dicat de Epiſtolis aut Evangelio *ſcripto*. Cur ergo ad Scripturam ſolam torquent hunc textum Lutherani? Teſtimonium Gerhardi ſatis refellit ipſa experientia, qua conſtat, etiam in *renatis* ſive baptizatis, quales ſunt omnes Chriſtiani, Sabelliani, Neſtoriani, Macedoniani, Calviniſtæ, Zwingliani, Catholici &c. Scripturam in multis (etiam ad ſalutem neceſſarijs v.g. de Trinitate, Chriſto, Spiritu S. Eychariſtia, Baptiſmo, de ſenſu Scripturæ &c.) eſſe obſcuram, cùm tàm diverſæ à diverſis interpretationes paſſim audiantur & teneantur. Cujus rei ratio à priori poteſt eſſe tum Myſteriorum, quæ in Scripturis continentur, ſublimitas, tum ſtylus & modus, quo proponuntur; cùm multa occurrant verba ambigua, phraſes Hebræorum & Græcorum propriæ, figuratæ orationes plurimæ, nimirum tropi, metaphoræ, allegoriæ, hyperbata, ironiæ &c.

21. Dices 2. Siqua in Scripturis dicantur in uno loco obſcuriùs, iterum elucidantur in alio, ubi

utì docet S. Auguſt. l. 2. de Doctr. Chriſt. c. 6. ubi ait: *Nihil ferè de illis obſcuritatibus erui, quod non planiſſimè alibi dictum reperiatur.* Ergo. ℟. N. Ant. Ratio negandi iterum patet ex manifeſta experientia; ſi enim Scriptura ſe clarè explicaret in alijs textibus, non ſupereſſent tot controverſiæ inter Catholicos & hæreticos, imò inter hos ipſos. S. Auguſt. non dicit, *univerſim*, ſed *ferè* alibi planiſſimè dici: deinde S. Aug. non docet, quinam ex duobus textibus explicet alterum; dum fieri conſuevit, ut locus, qui uni videtur clarus, alteri appareat obſcurus; & viciſſim; hic itaque hunc textum dicet explicari per alterum, qui tamen alijs videtur obſcurior, alter autem contendet, oppoſitum fieri debere. Sic Arianus putat, illum textum *ego & Pater unum ſumus*, explicandum eſſe per alium, ſibi longè clariorem, nempe hunc *Pater major me eſt.* Oppoſitum cum Catholicis docent moderni Sectarij. Quòd S. Auguſtinus non ſenſerit, obſcuritates Scripturæ tolli ſemper per alios textus, indè etiam patet, quia ep. 119. c. 21. de ſe ipſo ingenuè fatetur, *in Scripturis Sanctis multò neſciri à ſe plura, quàm ſciantur.*

Dices 3. Quæ non clarè proponuntur in Scripturis, nec alibi iterum elucidantur ab ijsdem, illa non ſunt magni momenti, nec pertinent ad ſubſtantiam noſtræ fidei & Religionis, ſed ad Scholaſticas tantùm controverſias, in quibus, quidquid ſenſeris, parùm vel omnino nihil refert ad ſalutem, ſufficítque ea credere

ipſa

implicitè & conditionatè, nempe *ſi ſint a Deo revelata.* ℟. Hæc quidem facilè dici, ſed non ſine magna temeritate, cùm dicantur ſine fundamento. Pari enim fundamento aliquis dicere poſſet, ad ſubſtantiam noſtræ Religionis ſufficere, modò quis credat unum Deum, Remuneratorem bonorum ac malorum, & ad ſummum etiam, quòd Deus ſit factus homo: cætera verò omnia pertinere ad Scholaſticas controverſias, cùm parùm referat, quid circa illas credatur; adeóque facilè carebimus ferè totâ Scripturâ, & fruſtra laboravit ſemper tota Eccleſia, etiam primitiva in eruendis Articulis fidei ex Scriptura S. convocando etiam Concilia Generalia, ut controverſias de alijs, quàm prædictis Myſterijs, ortas componeret: malè item damnâſſet Arium, Neſtorium, Euthychetem &c. hæreſeos, quia ſolùm in litibus merè Scholaſticis contrarium ſenſerant &c. Deinde edic quæſo, & quidem ex Scriptura (quam dicis claram eſſe in ijs, quæ ad ſubſtantiam fidei pertinent) quinam ſunt illi Articuli ſubſtantiales & neceſſarij? Ubi in Scripturis enumerantur & determinantur clarè, quæ neceſſariò ſunt credenda fide explicitâ? Ecce! quàm temerè, quàm audacter, quàm ſine ullo fundamento hæc Lutherani effutiant; & tamen huic doctrinæ ſuam ſalutem inædificant. Cæcitas!

23. Dices 4. Scriptura in Veteri Teſtamento erat liber *ſignatus*, in novo eſt liber *apertus*, quia Agnus occiſus aperuit librum. Apoc. 5. Ergo nunc

Digitized by Google

nunc poſt adventum Meſſiæ Scriptura eſt clara & aperta. Et hoc ipſum Deus jam in Veteri Teſtamento aſſeruit de ſuis mandatis, dicens: *Mandatum, quod ego præcipio tibi hodie, non ſupra te eſt, neque procul poſitum.* Deut. 30. ℞. Scriptura in Nova Lege ideo dicitur liber apertus, quia nunc aperta & impleta ſunt Myſteria ac figuræ Veteris Teſtamenti, non quòd omnis obſcuritas illi adempta ſit. Ad textum Deut. 30. dico, ibi præcipuè eſſe ſermonem de Decalogo, qui continet Legem Naturæ, utique claram & perſpicuam, præſertim ubi agitur de dilectione & adoratione unius Dei, quæ utique clara lex eſt, non autem de alijs rebus. Deinde ibi populus audivit Moyſem explicantem, & ideo facilè intelligebat.

Dices 5. Luc. 11. dicitur Deus non *negare Spiritum bonum petentibus ſe*: ergo qui petit gratiam & Spiritum rectè interpretandi Scripturam, per ſe ipſum poteſt intelligere. 2. Chriſtus ipſe dicit: *Ego teſtimonium ab homine non accipio.* Jo. 5. Ergo Chriſti doctrina ſolùm intelligi debet per illuſtrationem internam Spiritûs S. qui detegit ſenſũ Scripturæ. ℞. 1. Me jam ſemel monuiſſe, pro Spiritu interno nihil poſſe probari ex Scriptura, cùm priùs debeat aliunde conſtare, quàm ex dictamine Spiritûs interni, quænam ſit Scriptura, & quis illius legitimus ſenſus. ℞. 2. ad 1. Ibi non eſt ſermo de ſpiritu interpretandi Scripturam, ſed de ſpiritu Sapientiæ, qua cognoſcimus ea, quæ conducunt ad ſa- 24.

Digitized by Google

lutem, & non determinatur, an à ſpiritu publico vel privato cognoſcenda ſint. Dein etiamſi eſſet ſermo de ſpiritu interpretandi, tamen certus nemo eſt, an petens obtineat hunc ſpiritum, quia forſitan malè petit, uti illi, de quibus dicitur Jac. 4. *Petitis, & non accipitis, eò quòd malè petatis.* Certè in quacunque Secta, ſibi mutuò etiam oppoſitâ, poſſunt aliqui petere ſpiritum bonum, & tamen ſinguli docere oppoſita; an igitur Spiritus S. debebit teſtari oppoſita & contradictoria? Ad 2. Senſus eſt, quòd Doctrina Chriſti non indigeat teſtimonio hominum quoad ſe, quia in ſe veriſſima eſt; indiget tamen quoad nos, ut illam ritè intelligamus. Utique Apoſtoli rectè de Chriſti doctrina dicuntur perhibuiſſe teſtimonium, & de ipſo Chriſto S. Joannes Baptiſta Jo. 1. v. 29. & ſeqq.

25. Ob. 2. Si Scriptura eſſet obſcura, videretur Deus ſtudiò voluiſſe decipere homines, cùm talem modum loquendi cum ipſis adhiberet, quem ſciebat ab eis non facilè poſſe intelligi; ſed hoc repugnat Bonitati Divinæ: ergo. ℞. N. Ma. quæ ſi vera eſſet, etiam ipſimet adverſarij cogerentur fateri, Deum voluiſſe decipere homines per totum vetus Teſtamentum, quod fuit ſolùm umbra reſpectu Novi. Deinde quot parabolas Chriſtus in Evangelio affert, quarum explicatio & ſenſus non eſt obvius? ergo & Chriſtus fraudulenter nobiſcum egit? Abſit. ℞. 2. & interrogo adverſarios, utrùm Deus & Chriſtus non habeant poteſtatem loquendi nobis hoc, vel

illo

illo modo, magìs vel minùs clarè? Cùm autem ipſi in multis libuerit nobis loqui minùs clarè, quis ipſum propterea arguet? præſertim cùm in ipſa S.Scriptura, in qua ſæpe loquitur obſcurè, indicaverit nobis ſufficienter, unde veram interpretationem & intelligentiam Scripturarum habere poſſimus, nempe ab Eccleſia, quam audiri præcepit tanquam infallibilem Magiſtram, & Judicem omnium controverſiarum fidei.

Dices 1. nulla eſt ratio, cur Deus potiùs 26.
obſcurè, quàm clarè nobis loquatur in Scripturis: ergo. ℞. N. Ant. Rationes poſſunt eſſe 1. Ut major ſit æſtimatio Scripturæ, tanquam theſauri non omnibus expoſiti. 2. Ut reprimatur humana ſuperbia, dum homines agnoſcunt ſuum intellectum ſe ſolo non ſufficere ad intelligenda tam ſublimia myſteria. 3. Ut diligenter recurramus ad Deum per frequentes orationes, ut nobis aperiat verum ſenſum Scripturæ. 4. Ut nobis eſſet occaſio ſanctâ occupatione declinandi otium. 5. Ut memoriæ noſtræ altiùs infigeretur diu quæſita veritas. 6. Ut ex difficultate creſceret ſtudij delectatio. 7. Denique & forſan præcipuè, ut in Eccleſia ordo ſervetur inter Doctores & Diſcipulos, inter Preſbyteros & laicos juxta illud Pauli: *nunquid omnes Doctores? nunquid omnes interpretantur? Sed diviſiones gratiarum ſunt.* & juxta illud Malachiæ 2. *labia Sacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem ex ore ejus requirent* &c. Viderint Lutherani, an his monitis apud ipſos ſatisfiat, cùm quilibet

Digitized by Google

caupo, ſutor, & ſartor, imò & mulierculæ (quas tamen in ſilentio diſcere cum omni ſubjectione jubet Paulus 1. Tim. 2.) garriunt multa de Scripturis, ſuam ſententiam in controverſijs fidei interponere non erubeſcunt, & quod non habent, ſtultiſſimè ſibi arrogant. Quid mirum, ſi in infinitos errores prolabantur in temeritatis ſuæ pænam? Præcipua denique nobis ratio, cur Deus Scripturam voluerit eſſe in multis obſcuram, debet eſſe ipſius adoranda voluntas, & beneplacitum ſanctiſſimum, quod omnia facit infinitâ Sapientiâ, & Bonitate. Dixi *in multis*; nam quadruplicis generis res conſiderari ſolent in Scripturis, hiſtoriæ, prophetiæ, myſteria fidei, & documenta moralia de virtutibus & vitiis. Ex his autem ſaltem prophetiæ, & dogmata fidei ſunt difficilia intellectu, nec ſemper clarè propoſita.

27. Dices 2. Scriptura S. eſt infallibilis fidei regula: ergo eſt Judex controverſiarum fidei legitimus. ℟. Diſt. Ant. Scriptura ritè intellecta. C. Ant. Scriptura perperam intellecta. N. Ant. & Conſ. Scriptura perperã intellecta gignit hæreſes, & nullus unquam hæreticus caput erexit, qui non ex Scriptura, quam ſecundùm placitum ſuum & contra Univerſalis Eccleſiæ interpretationem explicavit, ſuos errores probare conatus ſit, & ſic ſpeciem veritatis jis conciliare. Quin & ipſe Diabolus tentans Chriſtum, & ſeducere volens, uſus eſt textibus Scripturæ S. Quænam verò ſit legitima intelligentia,

Digitized by Google

tia, ſenſus, & interpretatio Scripturæ, ex Scri-
ptura ſciri non poteſt, uti probavimus.

Ob. 3. Minùs notum eſt probandum ex no- 28.
tiori: ſed PP. ſuas ſententias probant ex Scri-
ptura: ergo notior eſt Scriptura, quàm ſenten-
tiæ PP. 2. PP. primæ Eccleſiæ ſine Commen-
tarijs legerunt Scripturas: ergo eadem & nobis
via patet. ℟. ad 1. Scripturam quidem *quo-
ad ſe* eſſe notiorem, quàm ſint ſententiæ PP. non
tamen *quoad nos*, qui ſine ſententijs & Com-
mentarijs PP. Scripturas non ſemper intelligi-
mus. Ad 2. Primi PP. acceperunt ſenſum Scri-
pturæ legitimum ab Apoſtolis, poſtea verò Ju-
ſtinus, Irenæus, & alij cæperunt Commentaria
ſcribere pro poſteris.

Dices: Patres etiam poſt Decreta Concilio-
rum admiſerunt; imò provocârunt hæreticos ad
diſputandum ex SS. Literis: ſic S. Auguſtinus l.
de unitate Eccleſiæ c. 19. *neque ego*, inquit, *Ni-
cænum, nec tu debes Ariminenſe tanquam præjudica-
turus proferre Concilium, Scripturarum auctoritati-
bus, nõ quorumcunque principijs, ſed utrinsque com-
munibus teſtibus res cum re, cauſa cum cauſa, ratio
cum ratione decertet.* Idem facit Baſilius ep. 80. &
alij: ergo ultimatus Judex eſt Scriptura, non Con-
cilia. Demum S. Auguſtinus contra Creſconium
c. 21. to. 7. fatetur, Eccleſiaſticos Judices, ſicut
homines, plerumque falli. ℟. Rectè fecerunt PP.
ita provocando hæreticos, quod & nos facimus,
omni armorũ genere contra hoſtem decertantes,
certi, rem, cauſam, & rationem nobis eſſe longè

Digitized by Google

meliorem, imò & Scripturam faventiorem: ad hanc tamen non ſemper & ubique provocamus, uti nec PP. fecerunt, nec ſemper fieri poteſt, cùm ſcilicet de ipſa Scriptura, vel ejus genuino ſenſu, eſt controverſia, vel de ijs rebus, quæ in Scripturis nõ habentur, ſed ſolùm ex traditione Veterũ, & ex auctoritate Eccleſiæ cognoſci poſſunt. Si verò hæretici importunè à nobis petant, ut etiã de his rebus ex Scriptura ſola cum ipſis diſputemus, ineptè & iniquè id petunt; *ineptè* quidem, quia ex Scripturis nihil probari poteſt, quod in Scripturis non continetur, vel quando de ipſis Scripturis, & legitima illarum verſione, ac ſenſu diſceptatur: *iniquè* autem, quia quaſi jam iudicatâ cauſâ petunt ſibi ſine lite concedi, de quo tamen graviſſima lis eſt, videlicet nullum dari Dei verbum, niſi ſcriptum. S. Auguſtinus circa finem obiectionis loquitur de quæſtionibus facti; agit enim de Baptiſmo, quem Eccleſia confert impiis, & fictè accedentibus, quos tamen putat ſyncero animo accedere; non de rebus fidei.

29. Ob. 4. Si Eccleſia interpretatur, & judicat Scripturam, tunc eſt ſupra Scripturam. 2. Scriptura & Scripturæ ſenſus indiget teſtimonio Eccleſiæ, Eccleſia autem non indiget teſtimonio Scripturæ juxta Catholicos: ergo Eccleſia eſt ſupra Scripturam, & melior. Sed hoc eſt abſurdum; quid enim melius eſſe poſſit, quàm Verbum Dei? ℞. imprimis retorquendo argumentum: qui interpretatur, & judicat Scripturam, eſt ſupra Scripturam: ſed quilibet pri-

va-

vatus, vel Magiſtratus Civilis, vel Præco juxta Sectarios judicat Scripturam, ſic vel alio modo explicat &c. ergo. ℞. 2. Ad 1. Eccleſia non judicat de veritate Scripturæ, ſive non examinat, an id, quod Scriptura dicit, verum ſit: ſed tantùm judicat de vero, & genuino illius ſenſu, ſive examinat, utrùm hoc vel illud dicatur à Scriptura: ſi faceret primum, arrogaret ſibi nimium in præjudicium primæ Veritatis: ſi ſecundum facit, bene facit, cùm hoc modo non ſibi ſumat auctoritatem in ipſam Scripturam, ſed potiùs in judicia hominum, ut rectè intelligant Scripturam. Ad 2. Tranſ. Ant. N. Conſ. per hoc, quod unum teſtetur de altero, non ſit melius: ſic Teſtamentum antiquum non fuit melius quàm novum, licèt teſtetur de novo: ita Chriſtus non eſt major Patre, licèt teſtimonium perhibeat Patri. Quare nec Eccleſia eſt melior Scripturâ, eò quòd de iſta teſtetur: Eccleſia et Scriptura ſunt æquales, & paris auctoritatis, cùm utriusque verbum ſit verbum Dei, unius Scriptum, alterius non Scriptum.

Dices: Eccleſia ſuam auctoritatem habet ex ſola Scriptura: ergo non viciſſim Scriptura ſuam auctoritatem habere poteſt ab Eccleſia. 2. Eccleſia eſt ſubjecta Scripturæ tanquam Legi Divinæ: ergo poteſt judicare de Scriptura. 3. Si interpretatio Scripturæ penderet à ſummo Pontifice, & Capite Eccleſiæ, penderet ab homine: ſed hoc dici non poteſt, quòd ſcilicet verbum Dei pendeat à verbo hominis: ergo. ℞. ad 1.

N. Ant. nam Eccleſia fuit anteScripturam novi Teſtamenti, quando nempe in primo Conc. Jeroſol. Eccleſia definivit, Circumciſionem non eſſe neceſſariam baptizatis: ergo Eccleſia habet ſuam auctoritatē à Verbo Dei non Scripto. Imò licèt nulla unquam exſtitiſſet S. Scriptura, tamen potuiſſet conſiſtere Eccleſia, ſicut contigit in Lege Naturæ. Ad 2. N. Ant. ſicut Scriptura quoad veritatem, & infallibilitatem ſuam, quam habet in ſe, non eſt ſubjecta Eccleſiæ, ita nec Eccleſia eſt ſubjecta Scripturæ, quia unum Verbum Dei non eſt ſubjectum alteri quoad veritatem intrinſecam; ſed tam Eccleſiæ, quàm Scripturæ effata ſunt verbum Dei. Id tamen opus eſt, ut Eccleſia *nobis* pandat, quænam Scriptura contineat verbum Dei, & quis genuinus illius ſit ſenſus, ut nempe etiam *quoad nos* certò conſtet veritas & infallibilitas Scripturæ. Ad 3. Diſt. Ma. pendéret ab homine, per quem nobis loquitur Deus C. pendéret ab homine quà tali N. Ma. Verbum Eccleſiæ, vel ſummi Pontificis è Cathedra loquentis, non eſt verbum hominis, ſed verè verbum Dei, per Eccleſiam nobis loquentis. Omnis quidem homo, quà homo, eſt mendax et fallibilis; quatenus autem dirigitur à Spiritu S. ad aliorum inſtructionem, eſt infallibilis, & mentiri nequit. Quod ipſum adverſarij admittere debent in Prophetis & Apoſtolis.

30. Ob. 5. quidquid non eſt perſpicuè propoſitum, non habet vim Legis: ſed infallibilitas Ro-

Romani Pontificis (& juxta Catholicos multi alij articuli fidei) in S. Scriptura non proponuntur perſpicuè; ergo non habet vim legis; ergo tota Eccleſia Pontificia ruit. ℞. Diſt. Ma. quod non eſt perſpicuè propoſitũ, vel à Scriptura vel ab Eccleſia declarante, non habet vim Legis. Tranſ. Ma. quod perſpicuè eſt propoſitum ſaltem ab Eccleſia declarante N. Ma. Et ecce totus impetus languet, qui nonnemini totam Eccleſiam Catholicam concutere videbatur ridiculè.

Dices. Si penes Pontificem eſt explicare Scripturam, tunc eſt vi illius textûs: *quodcunque ſolveris &c.* Matth. 16. Sed hoc dici non poteſt, quia aliàs etiam penes ipſum eſſet obſcurare Scripturam, quia additur: *quodcunque ligaveris &c.* quod eſſet abſurdum. ℞. Tranſ. Ma. N. Mi. ſi ritè intelligatur; nam ſenſus eſt, omnes eos manſuros ignorantiæ & obſcuritatis tenebris ligatos, qui Petri munus non agnoſcunt, aut ſpernunt. Sicut ſol de nocte abſceſſu ſuo obſcurat aërem ex ſe tenebroſum, uti ſuo acceſſu illuminat

Confirmare pro coronide placet doctrinam noſtram hactenus traditam verbis Vincentij Lirinenſis, qui mortuus eſt ſæculo V. & in Commonitorio ſuo c. 1. in rem noſtram ita ſcripſit. *Sive ego, ſive quis vellet exſurgentium hæreticorum fraudes deprehendere, laqueóſque vitare, & in fide ſana ſanus atque integer permanere, duplici modo munire fidem ſuam Domino adjuvante*

 debe-

deberet: primùm ſcilicet Divinæ Legis auctoritate, tum deinde Catholicæ Eccleſiæ traditione. Hic forſitan requirat aliquis, cùm ſit perfectus Scripturarum Canon, ſibique ad omnia ſatis ſupérque ſufficiat, quid opus eſt, ut ei Eccleſiaſticæ intelligentiæ iungatur authoritas? Quia videlicet Scripturam S. pro ipſa ſui altitudine non uno eodémque ſenſu univerſi accipiunt, ſed ejusdem eloquia aliter alius, atque alius interpretatur, ut pene quot homines ſunt, tot illinc ſententiæ erui poſſe videantur. Aliter námque illam Novatianus, aliter Sabellius, aliter Donatus exponit, aliter Arius, Eunomius, Macedonius &c. (Dico ego, aliter Lutherus, aliter Calvinus, aliter Zwinglius, aliter moderni Lutherani, Anabaptiſtæ &c.) *atque idcirco multùm neceſſe eſt, ut Propheticæ & Apoſtolicæ interpretationis linea ſecundùm Eccleſiaſtici & Catholici ſenſûs normam dirigatur.*

Omnia ad majorem DEI
Gloriam.

POSI.

Digitized by Google

POSITIONES POLEMICÆ.

1. UNica datur vera Religio in Mundo. 2. Unde ad ſalutem perinde non eſt, an Paganus, an Chriſtianus quis fuerit. 3. Neque an Catholicus, an hæreticus. 4. Quippe ſola Eccleſia Romano-Catholica eſt vera Chriſti Eccleſia. 5. Quia ſola fulget notis veræ Eccleſiæ diſtinctivis. 6. Scilicet Unitate. 7. Sanctitate. 8. Univerſalitate. 9 Antiquitate. 10. Miraculis &c. 11 Quæ notæ illam evidenter credibilem faciunt tum abſolutè. 12. Tum reſpectivè ad alias Sectas. 13. Quippe Lutherana, Calviniſtica, & alia Chriſtianorum Secta his characteribus omnibus deſtituta ſunt. 14. Cùm nulla ex his ita concors ſit in doctrina. 15. Ita ſancta in dogmatis & moribus. 16. Ita diffuſa per orbem. 17. Ita antiqua & continuâ ad Apoſtolos uſque ſerie pertingens. 18 Ita miraculis &c conſpicua. 19. Pura Verbi Divini prædicatio. 20. Et legitima Sacramentorum adminiſtratio non ſunt utiles notæ veræ Eccleſiæ, ut tamen volunt Sectarij. 21. Eſt autem Eccleſia Militans Cœtus fidelium. *22. Complectens in ſe non ſolùm juſtos, ſed etiam peccatores. 23. Non ſolùm prædeſtinatos, ſed etiam reprobos. 24. Item ſchiſmaticos puros. 25. Sed non hæreticos. 26. Vera Chriſti Eccleſia nunquam fuit inviſibilis. 27. Nec deinceps eſſe poterit inviſibilis. 28. Neque penitus defecit unquam. 29. Neque deficere poteſt deinceps. 30 Neque erravit unquam in rebus fidei. 31. Neque errare poterit deinceps. 32. Datur in Eccleſia Chriſti Verbum Dei ſcriptum Novi & Antiqui Teſtamenti. 33 Continens libros 72. 34. Ex quorum Canone expunxit Lutherus libros Tobiæ, Judith, Sapientiæ, Eccleſiaſtici, Machabæorum. Item Epiſtolas S. Jacobi, S. Judæ, S. Pauli ad Hebr. &* S. *Joannis Apocalypſim. 35. Quinam verò libri ſint*

ſa-

ſacra Scriptura, conſtare certò & infallibiliter nequit ex ipſa luce, ex ijs reſplendente. 36. Aut ex titulo Apoſtolum aut Prophetam præſeferente. 37. Aut ex allegationibus, dum unus liber Canonicus citat alium. 38. Aut ex mirabili illorum harmonia. 39. Aut ex interno Spiritu hominis privati. 40. Aut ex critirijs, ex parte Scripturæ ſe tenentibus. 41. Sed auctoritate Eccleſiæ Romano-Catholicæ. 42. Etiam Modernæ. 43. Ex qua pariter conſtat legitima Bibliorum editio, ac verſio. 44. Indè enim quoad nos certum fit, neque Hebraicam, neque Græcam editionem. 45. Sed ſolùm verſionem Latinam, quæ dicitur Vulgata, hodie eſſe authenticam & tutam quoad res fidei ac morum. 46. Editiones autem, ſeu verſiones Bibliorum Vulgares, factæ ab hæreticis, nullam habent auctoritatem. 47. Factæ à Catholicis, tolerantur. 48. Earúmque lectio in Germania noſtra omnibus permittitur. 49. Senſus genuinus S. Scripturæ certò ac infallibiliter conſtare nequit ex ipſa Scriptura. 50. Quia hæc in multis obſcura eſt. 51. Etiam hominibus doctis, probis, fidelibus, prædeſtinatis, reverenter ac attentè legentibus. 52. Etiam circa res neceſſariò credendas. 53. Quas neque alibi clarè explicat. 54. Unde neceſſarius eſt aliquis Judex, & Scripturæ Interpres infallibilis, univerſalis, ſenſibiliter & clarè ferens ſententiam. 55. Talis Interpres non eſt ſacra Scriptura, etiam ſumpta cùm interno inſtinctu ſeu ſpiritu privato. 56. Neque Princeps vel Magiſtratus ſæcularis. 57. Sed ſola Eccleſia, vel potiùs Caput Eccleſiæ, Chriſti Vicarium. 58. Præter Verbum Dei ſcriptum neceſſariò admitti debet non ſcriptum, ſeu Traditiones. 59. Tam Doctrinales, quàm Morales, tam Divinæ ac Apoſtolicæ, quàm Eccleſiaſticæ. 60. Quippe non omnia, quæ neceſſariò credenda & facienda ſunt ad obtinendam ſalutem, in Scripturis clarè & particulatim continentur. 61. Neque per claram & pronam conſequentiam indè deducuntur. 62. Atque ex his fundamentis conficitur, certum fore de victoria, qui cum Sectarijs diſputat ſeu aggreſſivè ſeu defenſivè, modò bene noverit

rit

Digitized by Google

vit modum diſputandi. 63. Regimen Eccleſiæ non eſt Democraticum, nec Ariſtocraticum, ſed Monarchicum, temperatum tamen ex Ariſtocratia, & Democratia. 64. Adeóque datur in Eccleſia aliquod Caput perpetuò viſibile Chriſti Vicarium. 65. Illud Caput, Chriſti Vicarium fuit S. Petrus. 66. Cui Primatus à Chriſto promiſſus eſt Matth. 16. 67. Collatus autem Joan. 21. 68. S. Petrus in Primatu & Regimine totius Eccleſiæ habuit aliquos Succeſſores. 69. Imò ſemper habere debet. 70. Idq; Jure Divino. 71. Hucuſque D. Petro non alij ſucceſſerunt niſi Romani Pontifices, non ſolùm in Epiſcopatu Romano. 72. Sed etiam in Pontificatu, ſeu in Regimine totius Eccleſiæ. 73. Imò probabiliter Pontificatus Jure divino eſt annexus Epiſcopatui Romano, ita ut nullus alius Epiſcopus, niſi Romanus, eligi poſſit in ſummum Pontificem. 74. Concilium Eccleſiaſticum eſt legitimus Præſulum Eccleſiaſticorum Conventus ad majora Fidei & Religionis finienda negotia. 75. Dividitur in Univerſale ſeu Oecumenicum, & in Particulare. 76. Univerſalia approbata hactenus celebrata ſunt 18. 77. Convocare Concilium Univerſale ſeu Generale ſpectat ad Romanum Pontificem. 78. Uti & illud dirigere, ſeu præſidere Concilio: non ad Imperatorem. 79. Votandi autem per ſe ſunt omnes & ſoli Epiſcopi tanquam Judices, jus Suffragij habentes. 80. Concilium Generale legitimè congregatum, & cum capite unitum, vel ab eo confirmatum, eſt infallibile in rebus ad fidem & bonos mores pertinentibus. 81. Non item Concilium Capiti non unitum, nec ab eo confirmatum. 82. Papa eſt ſupra Concilium. 83. Imò nec poteſt ſe juridicè ſubjicere Concilio etiam Univerſali. 84. Poteſt etiam extra Concilium Generale condere leges Eccleſiaſticas totam Eccleſiam obligantes. 85. Juriſdictionem tamen merè Temporalem directè & Jure Divino nullam habet in totum Orbem Chriſtianum. 86. Licèt in aliquas provincias habere poſſit, uti defacto habet. 87. Eſt infallibilis, etiam extra Concilium, ſi aliquid definiat ex Cathedra, ad fidem aut bonos mores per-

Digitized by Google

pertinens. 88. Etiam ante conſenſum Eccleſiæ. 89. Non tamen in quæſtionibus facti, quæ non ſunt ſpecialiter revelata, aut cum quæſtionibus juris neceſſariò connexa. 90. Bene tamen in approbandis Ordinibus Religioſis. 91. In canonizandis Sanctis. 92. Et in cenſurandis propoſitionibus hæreticis. 93. Purgatorij nomine intelligitur locus, ubi animæ Juſtæ Defunctorum ſatispati debent pro reatu pœnæ in hac vita non deleto. 94. Datur ejuſmodi Purgatorium. 95. Eſtq; Articulus fidei. 96. Animæ in Purgatorio detentæ poſſunt juvari pijs vivorum Suffragijs. 97. Præcipuè Sacrificio Miſſæ, Orationibus, Eleemoſynis. 98. Si fiant ab homine juſto. 99 Non tamen ipſis prodeſt per ſe reſtitutio rei alienæ. 100. Cultus rectè dividitur in Religioſum & Civilem. 101. Ille in Latriam, Hyperduliam, & Duliam. 102. Uterque in Abſolutum & Reſpectivum. 103. Dependet autem ex intentione & interna ſubmiſſione Colentis, utrùm adoratio ſeu cultus alterius ſit Religioſus, vel Civilis, Latria, Dulia &c. 104. Deum ſolum colimus cultu Latriæ, ſeu perfectiſſima adoratione. 105. Rectè tamen coluntur & Sancti cultu Religioſo, ſed minori tamen, qui Dulia dicitur, & Hyperdulia reſpectu B. Virginis. 106. Item rectè honorantur Reliquiæ ſacræ. 108. Crux Chriſti vera & originalis. 109. Et Imagines Crucis in quacunque materia expreſſæ, quarum omnium cultus eſt quidem Religioſus, ſed ſolùm Reſpectivus. 110. Rectè quoque & utiliter ſigno Crucis ſignamus frontem. 111. Rectè etiam manu in aëre ducimus Crucem ad res varias benedicendas &c. 112. Sancti in Cœlo cognoſcunt etiam in particulari viventium preces, & vota, quibus invocantur. 113. Unde rectè & utiliter invocantur à nobis tanquam interceſſores apud Deum. 114. Homo eſt liber libertate indifferentiæ etiam poſt lapſum Adami, non ſolùm in Naturalibus, Moralibus, & Spiritualibus externis. 115. Sed etiam in Spiritualibus internis. 116. In Spiritualibus tamen nihil poteſt ſine gratia Dei. 117. Quæ eſt duplex, ſufficiens, & efficax. 118. Sufficiens datur omnibus

etiam poſt peccatum Originale. 119. Efficax non neceſſitat homines ad bene agendum. 120. Poteſt homo cum gratia Dei ordinaria ſervare omnia præcepta ad ſalutem neceſſaria. 121. Et quidem tam perfectè, quàm perfectè Deus ab homine impleri exigit ſub pœna amittendæ ſalutis. 122. Præter gratiam actualem (quæ eſt auxilium ſupernaturale tranſiens, retrahens à malo & inclinans ad bonum) datur etiam gratia ſanctificans. 123. Quæ nihil eſt aliud, quàm qualitas ſupernaturalis inhærens animæ, qua homo intrinſecè conſtituitur juſtus, amicus Dei, & Filius adoptivus. 124. Amittitur per quodlibet peccatum mortale. 125. Augetur verò per bona opera.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google